Fraus idẽ est qō dol⁹. Nota tñ quandã dif ferentiã in. l. iurisgen. §. ait ꝓtor. C. ō pa. vbi vide. ħ tñ fraus capit put fit legi qñ q̃s facẽ ꝯ significatũ legis q̃sita palea q̃ videt non agere in fraudẽ legis. ff. de legi. l. faus. Uer/bi gratia. filiusfam. indiget pecunia petit a me sibi mutuari. video q ꝑ ħ inciderez i se/natusconsultũ macedonianũ. pecuniam nõ mutuo sz frumentũ vt vẽdat. z pecuniã ba beat ne videar incidere i macedonianũ. cer te ego nihilomin⁹ incido. vt. l. sz iulianus. § mutui. ff. ad mace. qr frumentũ non trado nec recipit nisi ad palliatõez. pz ħ. qr frume to nullaten⁹ indigebat z pecuniã habebaz ad mutuandũ. sz nolui ne inciderẽ. z tñ in/cido mutuãdo frumtũ. Hã attẽto aio meo z recipiẽtis nõ mutuo frumentũ. sz pecuni am. Et idẽ si trado libz vt vẽdat. Idem si vir donat titio vt titi⁹ donet vxori. l. si spon sus. in pn. ff. de dona. int vir. z vx. qr in aio donãtis est simpl'r donare vxori nõ Titio. Jõ facit fraudẽ legi. Fit aũt fraus legi qñ fit ꝯ significatũ legis palleatõe q̃sita. sed fit ꝯ legẽ qñ fit ꝯ id qō ꝑ legẽ significat tñ nulla palleatõe q̃sita. ff. ō legi. l. ꝯ legẽ. Et his pz q si bona fide mutuo filiofamilias frumẽ/tum. credẽs ipm indigere nõ incido in ma cedonianũ. qr nec facto nec aio facio ꝯ ei⁹ significatũ. Et ħ etiã si sit error intollerabi lis. qr fraus reqrit a im. sec⁹ si pecuniã mu tuo errãs i iure. qr talis error nõ excusaret eo q factũ est ꝯ significatũ legis. ar. l. ij. C. ad mace. ptz i statuto pedagij in ponte aureli/anensi q̃ cauet. vt q̃libet nauis trãsiẽs one/rata subt⁹ pontẽ soluat certũ. qd si hñs du as naues oneratas. exonerat vnã z ponit i aliã vt soluat tm̃ p vna. certe talis nõ inci/dit in legẽ nec facit ꝯ legẽ. nec fraudez legi. qr lex nõ phibet ħ facere. Et iste pt sibi pui dere de meliori suo fuãdo significatũ legis. Et idẽ est si statuto cauet q ducẽs quadri gam oneratã p pontẽ soluat tantũ. qr pt ex onerare eã vt nil soluat. z facere trãsire per flumẽ vl portari p boies. qr licite pt fuato termino legis. siẽ põt nõ ducere merces per terras ne pedagia soluat. Dz si ducerẽ na/uim vel quadrigã oneratã. z nõ soluerẽ. vt soluerẽ pecunias tñ. scient inutiles tunc fa cerẽ ꝯ legẽ vel i fraudẽ legis. no. Jo. facit de ħ in. §. penl'. insti. de adop.

Fruct⁹ dicunt q̃ supsunt deductis expensis q̃ fiũt grã fructuũ q̃rendoꝝ. colligendoꝝ. z ꝯseruãdoꝝ. qō locũ hz tã in bone q̃z i male fidei possessoribus. z in ꝑdonib⁹. vt. ff. ō petit. here. l. si a te. §. fruct⁹. z. le. placet. in fi. C. de fruc. z lit. expen. l. j.

Fructuũ aũt alij sũt idustriales. vt frumtũ

vinū oleum. z silua. s. lac z lana. q̄ sine indu
stria hois nō puenīūt. Alīj sūt fruct⁹ natu
rales. q̄ ex ipa natura puenīūt. sine sc̄z mag̃
industria hois. vt poma. pira. fic⁹. et hmōi.
Utraq̄z diffinitio p̄ colligi ex. l. j. §. fructus
ff. de vsur̄. z de resti. spo. c. grauī⁹. in glo. fi.
Sūt g̃ naturales fruct⁹ in q̄bꝫ factū natu
re p̄cedit factū hois. z ex solo rudi vsu pos
sum⁹ illis vti. sc̄z industrialibꝫ ñ sic solo vsu
rudi. sc̄z cur̄ adhibit̄z licet etiā natura coo
peret. cura tñ maior repit nō modica z p
functoria. sic in naturalibꝫ. vide glo. in. l. se
quit. §. fruct⁹. C. de vsuca.

Fruct⁹ p̄cepti dicūt q̄ aliq̄ mō sunt a solo se
parati z in horreis recōditi

Fruct⁹ p̄cipiendi dicunt q̄ īmaturi sunt q̄s
ver⁹ dñs possidet. de his in spe. eo. ti. ō fru
cti. z lic. exp̄ē. z Azo. in sum. C. ō rei vēd. vñ
fruct⁹ diuersimode significat accessionem
vsufructuū seu ius vtēdi fruēdi. z ius fruē
di dempto vsu p̀mo significat accessionez.
Et hāc dupl'r. s. stricti⁹ ex eo q̄ ex p̄dīs p̄ci
pit z nō cōp̄hēdat fet⁹ aīaliū vl' vsuras pe
cuniaꝝ. sic sumit in rubri. ō vsu. z vsufru. l.
nā ibi fruct⁹ sumit put distinguit ab vsura
z a pecudibꝫ. q̄ī his etiā fruct⁹ est. l. ī pecu.
ff. de vsufru. nō aūt cōp̄hendit partū ancil
le. mag̃ late aūt significat vt etiā cōp̄hēdat
vsuras. vt. l. vsure. ff. ō vsu. Itē z pensiōes
p̄diorꝫ. l. p̄diorꝫ. e. ti. Sc̄ō significat vsuf.
nā legato fructo fundi videt legat⁹ vsufru
ctus. q̄ dic̄ tex. vsufructui ītereſt. nō econ
tra. l. fuū. §. si vsufruct⁹. ff. ō vsu. z ha. Ex h̄
sequit q̄ si legato fructū fundi vsus adima
tur inutile fit legatū vsufruct⁹. sc̄z vtile ma
net ī eo q̄ō supest vsui. Et idē intelligo vsu
fructu legato. vt. §. p̄al. nō obstāte illo tex.
q̄ in fine dic̄. inutil' est ademptio. q̄ vez est
in fructu q̄ supest vsui. vl' q̄n testator volu
it adimere vsum legatū q̄si p̄sone legatum
q̄ cū nō legauerit. put p̄tinet in vsufructu
nulla est ademptio.

Frui ōr q̄ fructus p̄cipit

Fructuari⁹ est q̄ rei dñs non est. vt in. l. vtī
frui. ff. si vsufru. peta. Alīs in q̄busdā casib⁹
p̄ dño habet. s. in p̄cipiēdis fructibus. ff. de
vsufru. l. si titij. §. j. Ad h̄ fac̄ q̄ vsufructua
rius nō sit dñs. nā ad id q̄ō dictū est ad euz
oīs fruct⁹ generalit̄ spectāt. Fm Placē. ff.
de vsufruc. l. vsufruct⁹. pal. in p̄n. in sum. C
de vsufru. Et quō differat ab vsuario Re
q̄re infra vsuari⁹

Frustra. no. Archiō. de accu. c. j. li. vj.

De Fu

Fugitiu⁹ est q̄ ea mente recedit ne redeat ad
dñm licet postea redeat. vt. ff. de edi. edic. l.
q̄d sit fugitiu⁹. de h̄ vide Azo. in sum. C. de
fugi. ser.

Fulminare ōr iudex iniuste vl' indeliberate
sniam p̄ferēs sine maturitate. de sen. excō. c
j. li. vj. Nō g̃ leuit dicat fulminare sc̄z cōmu
niter ferre sniaz etiā ꝺ absentē p̄mere sentē
tiam nō cēsset. C. de iudi. le. p̄erandū. circa
mediū legis

Fullones dicūt mūdatores z dealbatores
vestium. z earundē decoratores seu colora
tores.

Functio ē vsus ꝓfuct⁹ funct⁹ ab eo q̄ funge
bat honore aliq̄ aut officio. Pinc ōr. Qui
tā expleuit officiū vite. vñ ōr q̄ mutue pe
cunie mag̃ functiōz in genere suo recipiūt
p̄ solutiōz q̄z p̄ spem. i. soluēdo mutuā pecu
niam mag̃ vtimur genere. i. rei manerie q̄z
specie. i. eodē corpe alit̄ nō essz mutuum vl'
mutuatū. s. de meo tuū. i. cōmodatū. sc̄z ad
cōmodū vtentis datū. ff. de re. credi. si cer.
pe. l. mutuū

Functio publica. Re. ff. ō pu. z vecti. l. j. §. h̄
titulū. sup ꝺbo impēdat

Funeraria actio. Re. sup. actio funera.

Fundat intētio p̄ testes vl' instrā vl' ꝓfessio
nē vl' euidētiā facti. vl' p̄sumptiue. vt ē glo.
in ꝺ. fundauerit. c. sinē. ō do. z ꝓtu.

Fund⁹ est māsio alicui⁹ cū accessionibus.
Alit̄ diffinit. vt in. le. q̄n. ff. de ꝺ. sig. Et no.
q̄ fund⁹ ē nomē homogeniū. q̄ ex q̄libz pars
fundi ōr fund⁹ Sūt em homogenia in q̄bꝫ
est idē p̄dicatū in pte q̄ō ī toto. vt aq̄. terra.
lignū. pann⁹. ꝛc. Alia dicunt eutrogenia. ī
quibꝫ ps nō capit eandē denoīationē cum
toto. vt dom⁹. cathedra. tunica. nauis. pōs
vñ nō valet legatū fundi. z est deri'orū. l.
legato. ff. ō. l. j. nā legando spaciū palme de
fundo diceret fundū legasse. Sz ibi bona
glo. q̄ nō valet legatū generale legando rē
substantiā. vel animal. q̄ muscam dando
liberaretur

Fund⁹ dotal' est q̄ matrimonio ꝓtracto da
tus est sponso.

Fund⁹ q̄si dotal' ōr q̄ tradit⁹ est spōso non
dū secuto matrimonio. p q̄ z supiorī dicto
fac̄. l. j. ff. de fun. dota.

Fund⁹ instruct⁹ est edificat⁹ vel cultus.

Fundꝰ fugꝰ est terra q̄ mō nō arat licz oliz fuerit fertil. alias q̄ mō arat. licet olim fuerit sterilis.

Fundꝰ limitatrophꝰ alꝫ militatrophꝰ ꝺr a troph. i. descriptio ꝛ milite. q̄i descriptꝰ ad vsū militū. q̄ milites ipiū custodiūt. vt. C. ō fun. limi. l. j. ꝛ l. fi accipit. li. xj. Alit ꝺr fundꝰ limitosus. vt ibidē de fun. limi. ꝛ pau.

Fundꝰ agometicꝰ. Re. azo. ī sum. C. e. ti.

Fundꝰ saltuensis ē fundꝰ in q̄ est saltꝰ. C. de fun. saltu. li. xj. Re. infra salt⁹

Fundꝰ relevatꝰ ꝺr q̄ olim erat palustrꝭ. nūc aūt factꝰ est serenꝰ alias terrenꝰ. C. de fun. pau. l. fi. li. xj.

Fundū ꝺiuidi ī certas regiōes est ipm ꝺiuidi in determinatas ptes

Furtū est ꝓtractio vl ꝓtractatio fraudulenta seu fraudulosa rei aliene mobil corpalis q̄ fit inuito dño cui⁹ res fuit aīo lucrādi. s. gīa rei vel possessiōis vl vsus. vt. ff. e. tit. l. j. ꝺr aūt furtū ꝼm Azo. a furno. i. nigro eo q clā ꝛ obscure ꝛ plerūq; de nocte fiat. Et ꝺr a fraude vl ab auferēdo. vt. l. j. in pn. ff. e. ti. ꝛ insti. ō obli. q̄ ex delic. nas. in pn. §. furtuz aūt. ꝛ §. placuit Et phibet ī decalogo. xiij q. v. penale. ꝛ no. xxxij. q. vij. q̄d in oib⁹. Et nota q̄p furto nō ꝺz q̄s mori nec mēbꝝ pdere. sz fustigari. scopari. vl alit castigari. C. ō ser. fug. aut. sz nouo iure. Ꝺz ꝫ q̄s suspēdi ꝺz p. xv. solidis. §. si q̄nq; solidos. vt ī aut. de pa. te tol. x. diē. Ja. colūbi bononiē nō fuari. §. pal. g̈ ꝼm Baliē. nō est curanduz. Et diē Fulgo. q ille. §. pcedit ex ꝺsuetudine quē Rich. ō sali. intelligit ī casu singulari. s. q̄n ꝓpt furtū tale. v. solidoꝝ pat violat.

Dñs catho diē q q̄nq; solidi sūt q̄nq; aurei q; etiā ita capit solidꝰ p aureo. C. ō ser. fu. l. q̄cūq; ibi. vl. xx. solidos reddat vbi glo. diē Talē solidū accipe q̄ valeat vnū aureū q̄z lxij. faciūt. j. libz̄ auri. sic inst. ō pe. te. liti. § fi. Jure ffoꝝ fur puniebat extraoꝛdinarie. nec moriebat nisi famosus latro. Jure aūt aut. habet ne moriat nec mēbꝝ pdat. vt supra aut. sz nouo iure. postea ī ti. de pa. te. p. q̄nq; solidis. deinde ti. ō pa. iur. fir. ꝺz legitime puniri. qō mltipl itelligit. Tandē iura municipalia puniūt alit. Nam ꝓncipes pñt statuere q nemo moriat. nisi ipi dispo fuerint. vt glo. in. §. furtū. ō pa. iu. fir. coll. x. q̄ est magistra furtoꝝ. Nā q̄dā sūt furta domestica nō publice cohercēda. l. respiciēdū §. furta. ff. de pe. dicūt rei doc. q nulli famulus ꝑ furto ī domo cōmisso mori ꝺz. Alia sunt furta ñ domestica. ꝛ tūc fures balneariū vl secularū fustigāt. glo. est i. l. si se alias cū te. ff. de his q̄ no. infa. Alū ꝺiurni ꝛ hi remittūt ad iudicē. Et nota q furti emptoꝛ ꝺz ipm restituere sine pcio. nec pt ipm ꝑ pcio retinere. l. ī ciuilē. C. ō fur. imo est modi cū q̄ō restituat ne saltē ī suspitiōz furti cadat ꝛ sic ad furcas vadat. vt ibi.

Furtū ꝺceptū ē cū q̄s pñtib⁹ testib⁹ apō aliquē rē furtiuā q̄rit ꝛ iuenit. vt insti. de obligā. q̄ ex delic. nas. §. ꝺceptū furtū

Furtū oblatū est cū q̄s rē furtiuā alicui obtulit. vt potꝰ penes eū q̄z penes se iuenirent. sz illa noia nūc nō sunt vsitata

Furtū phibitū ꝺr cū q̄s volentē rē furtiuā q̄rere phibuit. vt dicto. ti. ō obli. ex delic. §. est etiā. vbi ꝺr q̄ he actiōes furti ꝺceptī oblati phibiti ꝛ non exhibiti in diſuetudinem abierunt

Fur est q̄ clā obscure ꝛ plerūq; ō nocte rez alienā amouet īuito dño gīa lucrādi ꝛ fugiendi sine armis. vt ī aut. sz nouo iure. C. de fur. ꝛ ser. coꝛ. Et ꝺr fur a furno q̄ō idem est q̄ō nigꝝ. q̄z vt pl imū ī obscuro furat. vñ. Qui male agit odit lucē. ō off. dele. ꝺsulunt

Fur manifestꝰ ꝺr q̄ in ipo maleficio est deprehēsus vl in loco in q̄ cōmissum ē furtum vl pꝰ furtū factū dū tandē de furto deph̄endit añq; deportauerit ad locū ad quē destinauerit. insti. e. ti. §. manifestꝰ

Fur nō manifestꝰ ꝺr q̄ rē detulit q̄ destinauit. sic ti. pal. §. sz si ptulit. vel sic ꝺr q̄ cuz re furtiua ī ipo actu furādi nō deph̄endit. sz iā deportauerat rē furtiuā ī locū ī quē destinauerat. nihilomiꝰ ꝺsuincit postea ō furto

Furti actio. Re. sup actio furti

Furti ꝺditio. Re. supra cōditio

De Ga

Galatꝰ est mal

§ ioꝛ dñs q̄ habet curā exteriorum reꝝ epi

De Ge

Generme⁹ est maritꝰ filie mee. vt in. l. facile. ff. de gra. affi.

Generalꝫ abolitio. Re. sup. abolitio Et vide de hoc Azo. in sum. C. e. ti.

Generali ꝼmone psona loq̄ns intelligit exceptā. ō iureiu. petitio. vbi ꝺcoꝛ. in glo. Et

itelligit ꝺ regularit. qz fallit iterdū vbi ob ligatio vl̃ pactū p̃cedit. qꝺ iducit eq̃tatem q̃ndā includentē etiā ꝓsonā loquēt. vt si re cepissem. x. a te. z pmisissem tibi dare turri ɔ oīs boies tunc teneor etiā dare ɔ me ex pacto. de ꝺ in. c. ꝺ forma. xvij. q. v. qñz etiā i generali fmōe nec familia loq̃nt. itelligit Generaliter locutio generaliter ē intelligēda. ff. ꝺ of. p̃si. l. p̃ses. xix. di. c. j. ff. q̃ me. cau. l. metū añt. §. animaduertendū. licet generale ver bū nō sit sp generaliter intelligendū. ꝺ iureiu rā. c. ad nostrā. in glo. vlt. Generaliter ꝺz qꝺ imo etiā idefinite itelligen dū est. ꝺ ɔiu. lepzo. c. qm̃. i glo. sup ꝓ. idefini ta. z. xix. di. si romanoz. ff. ꝺ pub. l. de p̃cio Generalia ꝓba sūt ad ciuilē modū referēda ff. de serui. vzba. p̃di. l. si cui. Generaliter allegatio qñ sufficiat. z qñ nō. no. in. c. vestra. de coha. cle. nā qñq; sufficit. vt xlij. di. c. si ꝙs despic. §. hinc etiā. vbi allega tur Joh. euāgelista i epla sua sine q̃ta. sil̃r habeī in. c. nra. p̃al. Aliter ꝺz alibi legit. sz q̃ nō sufficit generaliter allegatio. fac̃ cle. ꝓstitu tionē. ꝺ elec. z. ij. q. j. i pmis. insti. ꝺ pe. te. liti. in fi. Finaliter ꝺz q̃ suffic̃ generaliter allegare coz̃ ꝓncipe qz ꝓnceps cēseī oīa iura hr̃e in scrinio pectoz̃ sui. l. oīm testōz. ꝓ. sic igit. in fi. C. de testa. secꝺ ꝓo coz̃ alīs. vl̃ si ꝓnceps allegat deciſiua pmulgādo. tūc suffic̃ ei ge neraliter allegare. de cā poss. c. j. de no. operz nūci. c. j. Si aūt allegat sup ꝓbo i iudiciuz deducto. tūc spēaliter ꝺz allegare z specifica re legē si ē pegrina. qz licz ꝓnceps ꝛtualiter oīa iura i mēte hēat. nō tñ formaliter. vt no. i c. j. ꝺ ꝓsti. li. vj. Qñ ei ꝓstat ꝺ lege suffic̃ gene raliter allegatio alīs ē nc̃essaria spēaliter. Dz em̃ sic allegari q̃ iudex reddat clarꝺ. z nihil ob scuz remaneat. xxviij. q. j. sic em̃. in fi. Generaliter clausula significat qꝺ etiā sigficatuz ꝓbare vl̃ significare pbat. z tūc ñ ptinet ad exp̃ssa notata. ff. de ꝓ. sig. l. doli. Verbi gr̃a Testatoz filios instituit z iuicē substituit z pl̃ filiū exheredauit. q̃ exheredatio l̃ clausu la nō reuertit ad insti. imo ad substitutiōez vt i. l. j. in fi. C. ꝺ lib. p̃te. z exhere. Itē ibi pr̃ vnā filiā instituit z filiā exheredauit. de in solū gdū institutōis. vt. l. iij. §. filiꝰ. ff. e. ti. Benꝰ est qꝺ p̃dicat ꝺ pl̃ibꝫ differētibꝫ specie insti. de iu. na. gen. z ciui. §. ꝓstat. ꝓ. plebisci tum. Et q̃ñ iurisc̃onsulꝰ dat doctrinā tē ca pit genꝰ. vt logici. z ibi ponūt exēpla. no. l. ij. §. j. ff. si cer. pe. vbi capit spēs ꝓ genere. vñ vocabulū genꝰ nō sumit ꝓ ipa dictōe sed ꝓ significato p ipam z significat diuersimoꝺ put significatū ex ea sūptū. z q̃dlibet aliud mediū significare declarat. Verbi gr̃a. Te statoz legat vl̃ q̃s pmittat ens subam vel rē siue aīal nullū est legatū vl̃ nulla pmissio. l. cū post. §. generali. ff. ꝺ iur. do. z no. in. l. le gato generaliter. ff. ꝺ lega. j. Rō qz ens z suba significāt generalissime. Et ꝺ dictio aīal li cet nō significet ita generaliter. tñ adhuc sig nificat multū generaliter. z intantū q̃ dicere totū genꝰ cōp̃hendi in legato vl̃ pmissiōe ē dicere legatū vl̃ pmissionē ꝓtinere ipossibi le. etiā dādo muscā vl̃ vermē liberareī be res vl̃ pmissoz. qꝺ tñ nulliꝰ ē validitatz. vñ ꝺz. Generz obligatio pire nō pt. l. in rōe. §. ij. ff. ad. l. fal. Dz tñ si diues rural̃ diceret i testamēto vl̃ donatōe int̃ viuos. ego dono bubulco meo vnū aīal. itelligereī ꝺ vno bo ue ad arandū vl̃ de vno asino. si ꝺ eīat q̃li tas ꝓsone cui donaī. nā q̃litas ꝓsonaz z p̃ cipue illaz q̃b relinquit dat itellectū ꝓbis z sic sumit cōis modꝰ itelligēdi ꝓba p̃dicta secꝰ in genere generalissimo. qz ibi nō ē mo dus itelligēdi q̃ significet aliq̃d vtile z idez in alio genere subalterno. in q̃ nō esset mo dus cōis aliq̃d vtile significādo. vt dicēdo lego rē corp̃alē. vl̃ incorp̃alē. qz nihil cōp hendit. sic nec i generalissimo. Itē ibi. testa toz legat. vl̃ q̃s pmittit domuz in genere. et nulla ꝺz domū. nō tenet legatū vl̃ pmissuz secꝰ si ꝺz in patrimonio. l. si domꝰ. ff. ꝺ lega. ij. Rō p̃mi. qz genꝰ ita generaliter significat. q̃ nō apparet de q̃ re voluit itelligere. Rō se cūdi. qz de rebꝫ p̃tijs q̃s solet disponere. et sic significatū generz restringit ꝓ significa tū boc qꝺ ꝺz in p̃monio. Sil̃r si q̃s legat vl̃ pmittit fundū i genere nulla est pmissio vl̃ legatū. l. p̃al. sive i p̃rimonio sive nō. fm Bar. Itē ibi testatoz legat rē in genere. si gnificat q̃ heres soluēdo faciat rē accipiē tes. l. si domꝰ. §. ꝺ cuiusz. ff. de lega. j. Rō. q̃ natura legati ē q̃ res trāsferat i legatariū. z efficiat sua p̃pria. nisi alias restringat. Itē ibi. testatoz legat vnū de suis q̃ cū eo ɔmo rat. sunt alieni heres vnū tradit liberatur nec tenet de euictōe. Rō qz significatū sum ptū ex ꝺ genere subalterno ꝺz instar speciei le. in rōe. §. diligēter. ff. ad. l. falci. le. cū decē §. stichū. in fi. ff. de sol̃. Itē ibi. q̃s pmittit l̃ lega. boīnem. significat q̃ nullꝰ certꝰ est in

obligatõe.sz hõ in genere put quelibz fspi/
cit.l.meui⁹.§.duoby testamẽtz.ibi ordis cõ
pendio.ꝺ lega.ij.vñ iste stãt sil'.pmitto tibi
hoiem.z nullũ hoiem tibi pmitto.sic̃ z iste
simul stant sp fuit hõ.s.a tpe adã.z null⁹ hõ
fuit sp.qz null⁹ determinat⁹ sp vixit.nã dicẽ
do pmitto tibi hoiem. dictio hoiem suppo
nit ꝓfuse tm̃.z dicẽdo nullũ hoiem tibi p/
mitto.supponit determiate.i.illũ z illum.z
sic ꝺ alijs nõ pmitto. Finalit̃ g gen⁹ dedu
ctũ i legato l'i obligatõe sigficat nil ibi eẽ l'
eẽ put ipo genere medio vl' alia quis signi
ficatiõe ꝓcludit̃.z genere deducto i obliga
tione vl' legato electio est ei⁹ cui dat̃

Gerundiũ sumit̃ p eo qꝺ p hãc dictiõz signi
ficat̃.z significat ꝓditõem.declaratiõz.mo
dũ.vl' qꝺ suũ significatũ vl' aliud aliũde sũ
ptũ significare pbat. Uerbi gra.duo sũt in
stituti z vu⁹ alteri substitut⁹. Si vn⁹ repu
diat ptẽ suã adeũdo ptẽ alteri⁹ deficiẽtis ex
substitutõe ps p ipm repudiata sibi q̃rit̃ h̃
gerundiũ adeũdo exponit̃ ꝓditionalit̃.s.si
adierit.le.si tu ex pte.z ibi not.ff.de acq̃.vel
vl' ami.here. Itẽ ibi vim fac̃ q̃ possidentẽ ñ
pmittit vti arbitrio suo.siue edificãdo.siue
arãdo.vl' ferẽdo.vl' q̃cq̃d aliud faciendo.l.
vim fac̃.ff.de vi z vi ar.significat declarati
onẽ illoz ꝓboz.z nõ pt̃ significare ꝓditio
nẽ.qz refert ad ꝓbum pñtis tpis qꝺ est facit
Nec est ibi aliq̃ dispositio q̃ pt̃ suspẽdi p hec
gerũdia edificãdo.arando tc̃. Sz ibi lego
ad monumẽtũ faciẽdũ sigt modũ.l.q̃ꝺ di
cꝺ.§.fi.ff.de cõdi.z demõ. Et differẽtiã inc
ꝓditiõz z modũ vide glo.ij.c.vez.de ꝓditi.
appo. Uñ scito q⁹ vt mod⁹ ẽ si ꝓditio qz cã.
Itẽ ibi lego p ducẽdo talẽ discipulum sigt
ꝓditiõz.qz moz ẽ pus docere cũ salariũ sol
ui.l.nec sel'.ff.qñ di.le.ce.

De Gi Gl

Gineciarij sunt q̃ pãnos impiales texũt in/
serendo sericũ z aurum

Gineciũ est loc⁹ vbi h̃ fiũt.z ꝺr a gynos. qꝺ
est nudũ.qz nudo pãno vestit̃ auz.vt.C. ꝺ
muri.z gynecis.li.ij.

Gladis noie oẽs fruct⁹ ꝓtinẽt̃.ff.de glan.le/
gen.l.vna.

Gleba est quedã spẽs terre. generalit̃ tm̃ su
mitur p solo vel p terra culta.. Req̃.supra.
ascriptici⁹ gle.

Glos ꝺr vtr fratris.l.nõ facile.§.affinitatz
ff.de gra.

De gn go

Gnarus.i.sapiẽs vl' puid⁹.cui opponit̃ igna
rus.qꝺ inde venit.i.insipiẽs

Goliardi.i.bufones ioculatores idem sunt

De Gr

Grad⁹ fm Bof.z hosti.i sũ.de ꝓsan.z affin.
Et q̃dã habitudo siue distãtia pson̄z ad
inuicẽ ꝓsanguitate z affinitate sibi ꝓiũcta/
rũ facta collatõe ad cõem pentẽ. Ul' est vni
us pson̄e distãtia ad aliã i linea ꝓsanguita
tis. vt.l.j.cũ se.§.vsq̃z ad.§.affinitatz.z.l.nõ.
facile.e.ti.ff.qz diuersimode ꝓtingit diuer/
sos esse g̃dus. vt pz i toto ti.pal.z in.§.affi/
nitatz.in.l.nõ facile.pal.

Gra duplex ẽ.opans z cooperãs. vt est glo.
in ꝓbo coopante gra.cle.j.ꝺ magi. Et gra
est habit⁹ q̃ fundat̃ in voluntate in essentia
aie.glo.in cle.j.de sum.tri.

Granaria sũt loca i q̃bꝫ grana seu fruct⁹ cõ/
ponũt̃.sic accipit̃.ff.ꝺ ac.emp.in.l.gnaria.

Grangia habet̃ in.c.fi.de censi.

Grauis habet̃ ꝺ testi.c.licz.ex q̃dã.i glo.iij.

Grassatores idẽ sũt qꝺ dictarij.ꝺ h⁹ dictois
expositõe. vide qꝺ no.ff.ꝺ pe.l.capitaliũ.§.
grassatores. Re.sup̄ dictarij

Grassari ꝺr latrocinari vl' crudelit̃ agere

Grex est collectio pluriũ aliũ.s.x.ouiũ. vel
v.porcoz.vt no.insti.de re.di.§.sz si gregis
Re.sup̄ ꝓgregatio.

De Gu

Guidagia dicunt̃ q̃ dant̃ p ducatu vl' cõda
ctu p terrã alicui⁹ vt securi⁹ vadat. Sz ga
belle dant̃ de ꝛctibꝫ.vt ꝺ emptõe p empto/
rẽ. Et tãgit Bal.i rubr.C. de re.cre.z est ca
sus in.l.ꝺz.in fi.ff.de edi.edic. Et pñt abra
di vl' deleri a ciuitate.tex.est nõ alibi i.l.eo
rũ.ff.de pe. Statuit̃ cõiter p italiã q⁹ de q̃/
libet ꝛctu ꝺz solui gabella. Sz pone. duo
forẽses ꝓtrabũt senis an debeãt soluere ga
bellã fm statũ vbi ꝛbũt. Regl'a est q⁹ nõ.qz
statutũ nõ ligat forẽses.qz extra territoriuz
ius dicẽti tc̃.c.vt aiaz.ꝺ ꝓsti.li.vj.c.cum a
nobꝭ.de sen.excõ.l.fi.ff.ꝺ iurs.om.iu. Sz cõ
trariũ est vez fm bal.l.j.de ꝛbẽ.empt. Rõz
allegat.qz gabella venit i ꝓtinẽtia ꝓtractus
g̃ sic̃ rõe ꝓtract⁹ pñt ꝓueniri i loco vbi ꝓtra
xerũt. Ita ad id qꝺ i ꝓtractu deueit.le.he/
res absens.ff.ꝺ iudi. Et ita ꝓseq̃nter ad ga/
bellã z hypotecã.glo.sing. in aut. vt diffe.

ſudi.§.ℏ ꝯſiderãtes.in ſ.hypotèca.colℓ.ic. ⁊ in.l.ij.ad fi.§.mãdati. Et dic̃ Lo.de ro. i ſingularib⁹ ſuis.q̃ didicit ea a bal.

Guardia feuda ſunt q̃ ꝯſtituũt aliq̃b⁹ ꝓter cuſtodiã rei dñi ꝯſtituẽtis

Guardio ꝺr ille cui talℓ cuſtodia eſt cõmiſſa. vel ꝺr guardian⁹ q̃ etiã eſt ſupior ĩter frẽs minores cuſtodiẽs ꝯuentũ

De Ha

Abere ſignat di

Huerſimode put ſuũ ꝓpriũ ſigtũ ℓ ſigtũ alĩ ꝺ̃duis mediũ ſignifi/ care declarat. Uerbi gẽa. Res tua ẽ penes me ⁊ pmittis mihi ſtipulare eã dem hr̃e licere ſigt q̃ dñiũ iſti⁹ rei trãſſert i me.le.ſtipl'o iſta.§.hr̃e.ff.ꝺ ſ.obl. Et ſic rei poſſeſſio ſine traditõe p⁹ dñiũ q̃rit̃ poſſidẽ ti.§.interdũ.inſti.ꝺ re.di. Item ibi res tua nõ eſt penes me pmittit̃ hr̃e licere.ſignificat q̃ dñiũ trãſſers p traditõz.l.traditiõib⁹.C. de pac. Itẽ ibi pmittis rẽ alienã hr̃e licere re pſeuerãte aliena nulla ẽ ſtipulatõ.l.ſtipu latio.§.q̃ſitũ.ff.e.ti.q⁹ ĩ re aliena pmiſſoz ñ ꝓt ꝯſtituere ius dñi. Si ãt efficiat pmiſſo ris valet ſtipulatõ. vt ibidẽ.q⁹ tũc ꝓt facere vℓ ꝯſtituere ius dñi. Itẽ ibi. vẽdo tibi rez alienã. ⁊ pmitto tibi hr̃e licere ſigt hr̃e iure poſſeſſiõis.l.hr̃e.ff.ꝺ ſ.ſig. ⁊ ℏ ex naſa ℑct⁹ emptõis.ꝺ cui⁹ natura ẽ q̃ ſuffic̃ rẽ tradere q̃ res aliena ẽ vẽdita.l.exempto.ff.de acti. empt.

Habere actionẽ eſt min⁹ q̃ℓ hr̃e rẽ. Et ℏ eſt q̃ꝺ ꝺr. Dell⁹ ẽ pignoꝛi incũbere q̃ℓ in pſo/ nã agere.ff.ꝺ re iudi.l.min⁹

Hr̃e.tenere.poſſidere.q̃ℓ ℏ tria ꝛba ponũt in aliq̃ inſtro ſic dñt exponi.ſ.q̃ recipiẽs ba beat ꝺ iure.teneat naturalit̃.⁊ ꝺ facto poſſi deat ciuilit̃ ⁊ ꝺ iure.q⁹ ciuil' poſſeſſio eſt cã ral' nõ ciuil'.vt illa quã hz vaſall⁹

Habitatio eſt fruit⁹ pſonal' in habitãdo ꝯſi/ ſtẽs.⁊ ꝯſtituit̃ ĩ domo aliena.vt no.ff.ꝺ vſu. ⁊ habi.in rubr̃i.l.j.§.pe.ff.ꝺ his q̃ dare aut feu.cũ pactiõib⁹ ⁊ ſtipulatõib⁹.vt.ff.ꝺ vſu/ fruc.iũcta.l.j.ff.ꝺ vſu.⁊ habi.vℓ ĩ vltima vo lũtate Differt tm̃ ab vſu.⁊ vſufructu.q⁹ illa amittit̃ nõ vtẽdo.vℓ capitis diminutione vt.ff.ſi vſufruct⁹.l.pnℓ.§.ſic̃ habitatio autẽ nõ niſi mozte finiatur.vt.l.ſi habitare.ff.de vſu.⁊ habi. Itẽ ꝓt inhabitatoꝛ alĩs vẽdere

vℓ locare ius q̃ꝺ hz.vt.l.q̃ꝺ antiq̃tus.C.de vſufruct.ſic̃ ⁊ fructuari⁹ ⁊ nõ vſuari⁹.vt.ff. de vſu.⁊ habi.l.ſz neq̃.vide ſup ℏ azo.ĩ ſũ. C.de vſu.⁊ habi.

Hac q̃nq̃ denotat nõ excluſionẽ ſz incluſi/ onẽ.vt in.c.ego em̃ eps.ꝺ iureiur. ⁊ ſic ſu/ mit̃ in iuramẽtis dicendo. Ab hac hora.ſi/ gnificat em̃ pñs tps cũ futuro. de ℏ p Jo. an.in.c.j.ꝺ ordi.ab epi.q̃ reſig. epi.

Haſtarij dicũt q̃ rẽponũt venalẽ haſta ſup poſita. Et dicũt a noie haſta. q̃ꝺ idẽ eſt q̃ꝺ vẽditio. vt no.C.de fi.inſtru. ⁊ ꝺ iure haſte fiſcalis in rubr̃o.li.vj.

Haſtari eſt rẽponi venalẽ haſta ſuppoſita. ita olim fuit ꝯſuetudo

Hauſt⁹ eſt ius hauriẽdi aquã de puteo vi/ cini.cui eo inuito iure fuitut̃ aſcribit

De He

Hereditas ẽ ſucceſſio in vniuerſum ius q̃ꝺ defunct⁹ habuit. vt.ff.de ſ.ſig.l.nihil aliud eſt hereditas.⁊.l.bonoꝛ.e.ti.

Hereditas adita ẽ illa de q̃ heres ſe ĩtromi/ ſit auctoꝛitate ꝓtoꝛ̃.imo auctoꝛitas ꝓtoꝛĩ nõ eſt neceſſaria.ſz ſola volũtas ſuffic̃.vt i/ ſti.de here.q̃ ⁊ dif.§.ĩtẽ extran⁹.ſec⁹ in peti tione bonoꝛ poſſeſſiõis vt ibi no. Et ꝺ adi tione ⁊ repudiatõe hereditat̃ nota.in.l.q̃ ſe pñſ C.vñ liberi. vbi dñs catho ſac⁹ ſic ꝯclu dit. Aut debẽs ſuccedere ptulit ꝛba pñtis tpis ĩdicatiui mõi.aut futuri tpis. Si pñt̃ tpis.aut ſine infinitiuo.aut cuz infinitiuo. Si ſine aut affirmatiue.vt adeo.⁊ inducit aditionẽ hereditat̃.⁊ repudio indũc repu diatiõem. Aut negatiue.ſ.nõ adeo.nõ ſum heres. Et ſm glo.⁊ ſalice.nõ inducit repu diatio niſi ĩterrogatio p̃ceſſerit vℓ termin⁹ pfix⁹ ſit.tũc ei inducit. Si cum infinitiuo. aut affirmatiue.ſ.volo adire.volo eẽ heres ⁊ inducit aditio. Aut negatiue.⁊ tc̃ aut vo lũtas ꝓponit negatõi.vt volo nõ eẽ heres. ⁊ inducit repudiatio. Sicℓ ſi dic̃.nolo am pli⁹ nolo vnq̃ adire.ꝓponẽdo negationem volũtati.adiũct̃ talib⁹ aduerbijs tpis idu cit repudiatio. Sec⁹ ſi dicat.nolo nũc adi re hereditatẽ.nã ſic nõ inducit.q⁹ ĩtelligit ſm naturã aduerbij. De his ĩ glo.in.l.ij.§. obſuari.C.de iura.calũ.l.plurimũ.ff.ꝺ ac/ q̃ren.here.l.p hereditate.§.j.e.ti.⁊.l.j.glo.ĩ le.ſi.ã.C.q̃ accu.nõ poſ. Aut nullũ aduer/ biũ eſt.ſ.nolo adire.tũc ſi termin⁹ eſt ꝓpriꝰ inducit repudiatio.l.omñs.ff.ad trebel. Si

He

nō est ꝑsix⁹.tūc tm̄ cadit ꝺiectura deliberatōis vl̄ ꝑsumptio ꝓpt mētis ambiguitatem z vsq; ad annū possit deliberare. Si futuri tpis.aut negatiua.vt nō adibo.z ē repudiatio.q; suba aditiōis negat exnūc.prout alias z sp in secula seculoz. Aut affirmatiua vt adibo.z nō inducit aditio ō ꝑnti fm catho.nō ob.q; videt q; statim adeat.eo quia ꝓtrarioz cadē est disciplina.ff.de pcu.l.pōponius.§.si stipuler.nā adibo z non adibo nō sunt opposita vl̄ ꝓtraria.q; nō adibo negat totū tps.sz adibo solū tps futuz dic̄.et excludit pñs. Et sic est pl⁹ in negatōe cū; in affirmatōe. Et est dare mediū int̄ ista. H catho. Idē ad pbandū hereditatz aditionem post longā distinctioz ꝓclusit q̄ndam no. doctrinā in ista singulari questione. Pone agoꝫ heredē debitorz mei ipe negat se heredem coz̄ iudice. Cōuinco eū hr̄e anulum signatoriū defuncti.ille videt se depbensū dic̄. Furat⁹ sum anulū de manib⁹ dñi.dū esset i agone. Querit an sit ꝓuict⁹ vt heres. vel an debeat puniri vt fur. Catho rñdet. Si ille erit su⁹ heres.s.filius.z c̄.tūc ꝓuict⁹ est heres. Si erat extran⁹.tūc vt fur.l.si ꝺuū. §.ꝓtoz.z.l.si extraneū.ff.ō acq̄.here. Rō.q̄a ipo iure filius est heres.sz extran⁹ nō ante cū; adeat hereditatē

Hereditaria actio. Re.sup̄ Actio hereditaria.

Hereditas decurionū naviculariorz coartaliū militū z fabricēsiū fm Azo.in sum.C.e.ti.in rubrica.z.l.vlt.ꝺz in q̄ q̄ddā speciale ius obſuat.de q̄ no.ibidē.

Heres ē ille q̄ succedit i vniuersū ius defūcti.l.cū heres.ff.de diuer.z tpa ꝑscrip.vel ē dñs hereditatz q̄ fit aditiōe i volūtariys.§.fi.insti.ō here.q̄l.z diffe. Sz i necessariys ō ferk ipo iure hereditas

Heredē instituere est aliquē p⁹ mortē suam loco sui i oīb⁹ bonis dñm ꝓstituere. Hā ꝺz heres ab her⁹.i.dñs.sibi em̄. succedūt vniuersa bona defuncti.z ad eū cōmoda z incōmoda hereditaria redeūt. Et ꝑnt istitui heredes generalik oīs z accipe q̄cq̄d a testatore eis relinquik siue sint filij. siue extranei.siue liberi.siue ſui testatoz vl̄ alieni.siue paterſſamilias.siue ipubereſ.siue ꝓsona puata.siue eccia.siue vniuersitas. his exceptis q̄ nō ꝑnt instituī heredes.s.deportat⁹ ꝓpter delictū in insulam.siue bānit⁹ ꝓpter quo dānat⁹ in metallū fodiēdū.vt.C.ō her. instī.le.j.collegiū illicitū nō approbatū.vt.le. collegiū.ti.alle. Incestuosus nat⁹ ex dāna to coitu.i.spuri⁹ testatoz.seru⁹ accusat⁹ de adulterio cū dña sua cōmisso.ab illa dña i stituī nō ꝑt.heretic⁹.apostata.mulier ꝓpter quo lās ad secūdas nuptias infra tps luct⁹.i.infra annū post mortē ꝑmi viri.vt.C.de secūnup.l.j.z ℔ de iure ciuili. Qui sciēter cōtraxit cū aliq̄ muliere ignorāte secūdas nuptias esse illicitas nō ꝑt ab ista instituī zc̄.z fūt ꝺiuersi heredes. Hā heredes alij sui z necessarij.alij necessarij tm̄.alij volūtarij.alij legitimi.alij legatarij.alij testamētarij.alij fideicōmissarij

Heredes ab intestato ē ille q̄ succedit i ius defuncti sine oī testamēto.vt insti.de here. que ab intesta.deferunt

Heres fideicōmissari⁹ est cui ex fideicōmisso relicta ē hereditas dāda illi cui testatoz disposuit dicēdo sic. Fidei tue cōmitto.vt ℔ des illi. Et nota q̄ illa sunt desperata. sz forte ꝑ tāto ꝺz heres fideicōmissari⁹. q̄a fideicōmissari⁹ loco heredis habek.vt instit. de fideicō.here.§.restituta.vt q̄ directe z imediate ex testamēto nihil cape ꝑt.q̄lis est spuri⁹.saltē capiat ex fideicōmisso.sz ipe ꝺe nō est heres.cū sit rogat⁹ a testatore heredi tatē adire.z postea restituēdo.licz restitutō ne fctā p⁹ sp heres maneat.vt dicto.§.restituta. Duo g̃ heredes insolidū cē nō ꝑnt. vt ff.cōmo.l.fi.z.l.si vt certo.§.si duob⁹. licet alij dicāt ꝺrīū videlicz q̄ ille cui testatoz dari vl̄ restitui hereditatē disposuit. vt manifeste colligik ex.§.sz etiā id.insti.ō fideicommiss.here.licz ꝓba ibi posita videāt innuere oppositū.si inspiciāt

Heres legatari⁹ ē q̄ legatū accepit vl̄ cui legatū factū est.vt.l.q̄tiēs.C.ō here.insti.

Heres legitim⁹ ē q̄ ex lege duodecim tabularz aut exiurz ꝓstōe etiā sine testamēto succedit defuncto.vt fūt agnati.primi.insti.ō legit.ag.suc.in ꝓn.

Heres necessari⁹ ē ſu⁹ heres institut⁹ i testō dñi sui ab eo q̄ facultates suas ꝺz suspectas ne possit ex ipis satisfieri creditoriby q̄by est obligat⁹ adeo q̄ ñ credit alienū hereditatē suā adire.si heredē eū instituerit q̄ ſuus heres fact⁹.iō necessari⁹ ꝺz heres.q; siue velit siue nolit cogik suā hereditatē adire vt satisfaciat creditoriby.vt insti.ō here.q̄li.z differē.§.i. Et ℔ vez nisi illi ſuo debeat fideicōmissaria libertas.l.is q̄ soluēdo.ff.de be

re.instit.aut ꝟ eo ñ faciẽte .s.ñ adeũte here
ditatẽ eⁱ⁹ noĩe.potⁱ⁹ ꝙ dñi defuncti res he
reditarie vẽdant.ne defunctⁱ⁹ tumelia q̃dã
vl̃ iniuria fctã efficiat.dicẽdo q̃ res eⁱ⁹ ven
derentur

Heres suⁱ⁹ ꝺr filiⁱ⁹ q̃ est ĩ potestate patrif tpe
mortis ipⁱ⁹ patris

Heres domesticⁱ⁹ ꝺr q̃ est ĩ potestate morien
tis tpe mortꝫ dũ eũ aliⁱ⁹ nõ p̃cedit. Filio ei
supstite ꝛ ĩ ptãte pr̃is existẽte nepos ex eo q̃
in potestate aui est suⁱ⁹ heres nõ est.instit. de
here.q̃li.ꝛ diffe.§.sui.

Heres substitutⁱ⁹ ꝺr q̃ alĩ heredi istituto sꝟ
stituit. Uerbi gr̃a. Si testatoꝛ ita dicat Il
le heres esto q̃ si ñ velit.vl̃ nõ possit esse he
res.iste esto ei substitutⁱ⁹. Et ꝟ siue scꝺo si
ue tertio vl̃ q̃rto loco alio ĩ locũ istituto de
ficiẽte substituat. Nã secũdⁱ⁹ ꝺr oĩs pⁱ⁹ pmũ
sequit etiã si decimⁱ⁹ sit.ff.ꝺ vul.sub.in pn.p
ut no. Posti.ĩ sum.ꝺ testa.§.q̃d si sit pfectⁱ⁹
vbi ꝺr institutio

Heredes sui ꝛ legitimi ſm Azo.ꝺ suis ꝛ le
gitimis heredibꝫ appellãt q̃ in ptãte morien
tis fuerꝟ.vt filiⁱ⁹.filia.nepos.neptꝫ.ex nepo
te natⁱ⁹.ꝛ ex filio pnatⁱ⁹.pnata seu pnepos ꝙ
neptꝫ.legitimi ꝛ naturales. vl̃ etiã legitimi
tantũ. vt adoptiui

Heredes testamẽtarij dicũt q̃ ex testamẽto
heredes scripti sunt

Heredes tutoꝛ lz ñ sint tutores tenẽt tñ ĩ q̃
busdã q̃i tutores inchoatõis.s.ꝙ defectũ ob
missum. vt.ff.de here.instit.l.j.

Herciſco.i.diuido.inde ꝺr familie herciſcũ
de.i.iudiciũ hereditatꝫ diuidẽde. Re.supra
actio familie herciſcũde.

Heresiarcha ẽ q̃ falsam ꝺ fide opinionez gi
gnit.vl̃ ꝑmo inuenit sic̃ arriⁱ⁹ vuicheleff. et
alĩ cõsimiles

Heresis grece ab electõe ꝺr eo q̃ q̃cũq̃ vnã
opinionẽ hereticã vl̃ disciplinã sibi elege
rit putat eã esse meliorẽ.vt.xxiij.q.iij. here
sis.alias ꝺr q̃si diuisio

Hereticⁱ⁹ ꝺr errãs ĩ fide.vñ q̃cũq̃ ĩ fide du
bitauerit friuola adhesiõe hereticⁱ⁹ cẽsẽt.vt
j.ca.ꝺ hereti. Etiã ꝙ heretico habeꝁ q̃ sciẽt
hereticũ nõ reuocat.vt.e.ti.c.ij. Et ſm Au
gu.ꝺr q̃ certã opionẽ nouã ꝛ puersã gignit
vl̃ sequit gr̃a alicuⁱ⁹ tpal̃ cõmodi vl̃ alicuⁱ⁹
glie vl̃ ꝓncipatⁱ⁹. Dr̃ gignit vt aliq̃s heresi
archa.vt arriⁱ⁹.sabelliⁱ⁹.ꝛc. Dr̃ seq̃t q̃ errorẽ
illũ imitat.put ꝟ legũt.xxiij.q.iij.hereticus
ꝺr hereticⁱ⁹ q̃ quertit sacra ecclie sic̃ symoni
acus.s.q.j.eos. Itẽ sacre scripture quersus ĩ
tellectoꝛ.xxiij.q.iij.herek.vbi ꝺr.q̃cũq̃ scri
pturã aliꝁ itelligit ꝙ sensus spũssci flagitat
a q̃ scpta ẽ.licz ab eccia ñ recesserit tñ here
ticⁱ⁹ appellari ꝓt ꝛc. Itẽ ois excõicatⁱ⁹. iij.q.
.j.qꝺ aũt. Itẽ romane eccie publicⁱ⁹ iniuria
toꝛ.xxij.di.ois. Itẽ q̃ aliꝁ sentit ꝺ articul fi
dei ꝙ romana eccia.xxiij.q.j.ꝟ est fides

Herus. vel heros grece.idẽ est qꝺ dominⁱ⁹
latine

De Hi

Hymnⁱ⁹ angelicⁱ⁹ ẽ gl̃ia ĩ excelſ.ꝺ cele.missa.
c.ꝓsiliũ.ꝛ de elec.qꝺ sic̃.

Hircosus ꝺr cui os olet.vt.l.q̃ clauum.§.is
cui.ff.de edi.edic.

De Ho

Homagiũ est idẽ qꝺ fidelitas.tñ spe.e.ti.i li
bro de feu.ponit illã differẽtiã q̃ homagiũ
est ꝺ his q̃ ad tpalia ptinẽt.ꝛ iõ ꝙ spũalibꝫ
indignũ est vt q̃s homagiũ facere cõpellaꝁ
fidelitas tñ.ꝙ spũalibꝫ p̃staꝁ.q̃ plati bñ pre
stãt fidelitatẽ.vt i.c.antiq̃.ꝺ pui. Vl̃ sic põt
describi. Homagiũ ẽ q̃dã astrictio fuituⁱ⁹
liberi hois fctã dño suo ꝙ pactiõz vl̃ peti
tionẽ siue stipulatõez ꝓmittẽte libero hoie
dño suo fidelitatẽ ꝛ ꝓstituẽte se hoiez vl̃ va
sallũ suũ ꝛ sic ĩ aliq̃bꝫ ptibꝫ ꝟ mõ ille q̃ facit
homagiũ coraꝁ dño suo flectit genua sua te
nẽs manⁱ⁹ suas ꝓiũctas simplr ĩt manⁱ⁹ do
mini iusiurãdũ ꝺ fidelitate p̃stãs ꝛ mutuo
se ĩ signũ fidelitatⁱ⁹ osculãt, Cuiⁱ⁹ forma po
nit in li.feu.ꝺ no.fi.fol.c.est ꝛ alia.s.post ru
bri.illã ꝺ fol.fi. Ad idẽ fac de iureiur.c.ego
eñ.ꝛ.lxiij.di.cũ dño.ꝛ hosti.ponit eã in sũ.
de feu.§.q̃d si fidelitas.ꝛ q̃liꝁ sit faciẽda Et
dictⁱ⁹ homagiũ describi ꝓt ſm formã. ẽ qñ
aliq̃s flexis geniby iũctis manibꝫ intᵉ manⁱ⁹
dñi ponitⁱ⁹ aliq̃d ꝓmittit qꝺ ꝙ spũalibꝫ fieri
nõ ꝺz.deq̃ ꝺ ac.veniẽs.ꝺ symo.et diligẽti.
de excel.p.gũe.de re iudi.c.fi. Est ãt homa
giũ mꝟtiplex ſm spe.vbi supᵉ.q̃ddã est legi
um.q̃ddã nõ est legiũ.q̃ddã edictale.q̃ddã
decretale.ꝛc.de q̃bꝫ infra

Homagiũ decretale est.nã heres hoĩs mei
q̃ cũ ꝺ ꝓsuetudine possit infeudari ꝛ ꝙ ꝓns
in homagiũ succedere ꝺz infra certum tps
me in dñm agnoscere ꝛ fidelitatẽ mihi p̃sta
re.ꝛ go teneoꝛ eũ rõe taⁱ feudi ĩ hoiem reci
perꝫ.ꝛ ĩ recipiẽdo videor sibi ius feudi ꝺcer
nerꝫ.ꝙ qꝺ dici ꝓt homagiũ decretale. sicut

etiã bonoꝝ possessio decretal'. ꝛ qõ ius mi hi tribuit. sic ꝛ tal' bonoꝝ possessio. s. si nul lus sit primior. Et iõ i curia frãcie sp reci piunt fidelitates ꝛ homagia alteri⁹ saluo iu re. Qõ aũt i italia ꝛ alibi vocat vasallagiũ in frãcia vocat homagiũ ꝛc. etiã ꝺr homi niũ. ca. veritat'. ꝺ iureiu. Differũt tñ qz ho miniũ ẽ qñ iurat alicui fidelitas nemine ex cepto. sz vasallicũ supior excepto. s. impa tor. de ℞ optia glo. in ℘bo. homoꝝ ligius. cle. pastoral'. de re iudi. vbi etiã ꝺr q̃ ds nõ ꝑt esse ligi⁹ duoꝝ. sz bñ ligi⁹ vni⁹. ꝛ vasallus alteri⁹ vl' vasall⁹ pluriũ. ꝛ sic homagiũ põt dici hois ligiũ

Homagiũ edictale ẽ sic bonoꝝ possessio edi ctalis. vñ ꝼm spe. ibidẽ. Homagiũ edictale sive hereditariũ ẽ q̃ aliq̃s hz eoipso q̃ ẽ he res. nã eoipso q̃ adit hereditatez hois mei psonã ei⁹ repũtat. ꝛ videt hois homagiuz subijsse. ꝛ tale homagiũ ꝑt finiri tpe si dño placebit. qz si dño ñ placeret nõ finiret. etiã si vasall⁹ vellet bonis feudalib⁹ cedere. imo ageret ꝺ ipm vt eũ in dñm agnosceret. et ℞ ex ꝺtumelia sua. vñ puniri ꝺz ne inuit⁹ ꝺsequ tur imunitatẽ. qꝺ esse nõ ꝺz. p. q̃. ff. ꝺ nego. gest. §. hereditaria. ꝛ iõ possuz eũ cogere vt subeat homagiũ decretale. ꝛ etiã q̃ pl⁹ tri buat ei i effectu q̃z edictale

Homagiũ legiũ est ꝼm spe. ibidẽ qꝺ fit ipa tori vl' regi nulli⁹ alteri⁹ fidelitate salua. Illud ãt qꝺ fit aliꝗs ñ ꝺr legiũ. qz fit vl' iurat salua ipatoria vl' regia fidelitate. Dlti ei putãt homagiũ legiũ eẽ qñ vasallus mittit man⁹ suas int' man⁹ dñi ꝛ sibi homagiũ fac ꝛ fidelitatẽ ꝑmittit. ꝛ ab eo ad osculũ recipi tur. qꝺ nõ est ver. vt etiã ibidẽ ꝺicẽ spe. sz vt ipe ꝺicẽ tũc aliꝗ ponũt q̃ duplex ẽ homagiũ homagiũ legiũ in q̃ null⁹ recipit q̃ntũ ad ꝑ ba. sz q̃ntũ ad mentẽ Et aliq̃ q̃ supmã ꝛ ge neralẽ hñt auctoritatẽ ꝛ iurisdictiõz. puta i perator vl' rex. intelligũt excepti. ꝛc Itẽ vbi ponit legiũ s ꝛ j. hñt aliq̃ lagiũ

Homagiũ nõ legiũ ẽ qñ aliq̃d excipit. puta facio tibi homagiũ excepta fidelitate quaz dño meo tali legio teneor vl' saluo q̃ possiz cũ voluero dñm legiũ mihi ꝓstituere. vl' sal uo qz nolo tibi ꝺ talẽ iurare. ℞z dictum ꝑ mũ est ver⁹ ꝼm spe. licz ℞ vltimũ desigtum cõis vsus approbet. Et ꝼm vltimũ moduz seq̃t p totũ. ꝛ illo vtit spe. ꝺ homagio legio vide supꝑ feudũ legiũ

Homo legi⁹ vl' ligi⁹ ꝼm spe. ibidẽ ꝺr q̃ dño suo ligat⁹. vl' legalitatẽ ꝓtinẽs. Uñ rex sici lie est hõ ligi⁹ romani iudicꝫ. vt i cle. pasto ral'. ꝺ re iudi. pal. p⁹ mediũ i. §. rursus. vbi glo. notabil'. Et ois hõ ligi⁹ est vasallus. et nõ ecõtra

Homicidiũ ꝺr hois occisio ab hoie facta ꝛ ꝺr q̃si hois cediũ. ab hõ ꝛ cedo ꝼm gof. i sũ. e. ti. ꝛ hosti. ꝛ io. an. ꝛ spe. Et ẽ duplex. volũ tariũ ꝛ casuale. vñ casuale ñ est iputãdũ. q̃ ad ordinũ susceptoz. ꝛ si oñs casus nõ pui dit ꝛ operã rei licite dedit. c. q̃dã. c. iohes. c. sic. e. t. Etiã ꝓmittit homicidiũ facto. ꝓsilio p̃cepto. ꝛ defensiõe. c. sic dignũ. e. tit. vbi gl. nota. ꝛ homicidiũ cãm dãs ꝛ homicida pa ri pẽa sũt feriẽdi. e. ti. suscepim⁹. ꝛ. c. tua nos Ille ei est homicida q̃ ꝓsiliũ p̃bet ꝛ q̃ frem odit vl' ei detrahit. ꝺ pe. di. j. piculose. ꝛ ca. homicidioꝝ. Fit etiã homicidiũ spũale ex q̃dã iurisfictõe spũalit octo modis. ℘mo p detractoz⁹ ꝛ odiẽtes eos iniq̃tatẽ ꝛ oppꝛ sionẽ ꝛ iusticiã faciẽtib⁹. frib⁹ male psuadẽ tes ꝛc. c. homicidioꝝ. pal. c. ois iniq̃tas. ꝛ. c. noli. ca. di. Et generalit ois iniqu⁹ motus ad nocẽdũ fri in homicidiũ genere deputat Itẽ homicida cẽset q̃ tpe necessitat⁹ primis alimẽta negat. lxxxvj. di. pasce. Corpale ho micidiũ ẽ hois pemptõ corpal'r Et fit du plicit. s. lingua ꝛ fctõ Lingua tripl'r. p̃cep to. ꝓsilio. defensiõe. l. dis. si q̃s viduã. ꝛ. c. pe riculose. pal. Facto q̃druplicit. iusticia. ne cessitate. casu. ꝛ volũtate

Honestas iusticie publice. i. ꝓstões eccie fa cte ꝑ publicã honestatẽ. Judicauit ei ec clesia eẽ honestũ vt vnq̃s ꝓsanguine⁹ duce ret spõsã ꝓsanguinei sui viui vl' mortui ꝼm archi. ꝺ spõ. c. j. li. vj. ꝺ hac honestate vid i. c audiẽtiã ꝛ. c. spõsã. ꝺ spõ. ꝛ maio. vbi p doc.

Honoraria dicũt p̃mia legatoꝝ seu aduoca toꝝ. l. j. §. i honorarijs. ff. de va. ꝛ extraoꝝ. cog. Re. infra legat⁹

Hortamur aliq̃n imporꝛat mãdatũ necessi tat⁹. Et sic p ipm ꝓferꝫ iurisdictio. c. qz iu dicãte. ꝺ rescrip. ꝛ. c. j. ꝺ testa. ꝛ. c. hortamur ij. q. ix. Idẽ de ꝑ. rogam⁹. xj. q. iij. rogo.

Hostiari⁹ olim i veteri testamẽto idem erat qꝺ ianitor. vt. xxij. di. cleros

Hospitaliũ rectores q̃ p̃ficiẽt quõ se tenere debeãt no. bñ in cle. qz ꝓtingit. ꝺ reli. do.

De Hu

Hũan⁹. i. secular⁹. j. di. c. j. xij. q. ij. q̃ diuinis ꝛ humanis. de test. cũ esses. Itẽ idez est qꝺ

humilis.l.di.eos.xxiij.q.j.si qs dederit. et habet in regula sc̃i deo etiã.de re.iur.li.vj.

Humilitas seu hũiliatio.no.archi.xxij.q.ij. cũ hũilitatis.vñ hũilitas est ꝑt⁹ q̃ hõ verissima cognitiõe sibi vilescit.de q̃ glo.optia. in ꝓbo hũilitatis.z est glo.fi.in cle.j.de relig. do.q̃ multa ꝓpulcra ponit de hũilitate.vñ melior est in malis factis humilis cõfessio. q̃ in bonis superba gloriatio.xj.q.iij.ca.inistum.in fine. Itẽ humilitas humilibꝫ non ꝓdesset.si ꝓtumacibꝫ nõ noceret.de postu. ꝓla.c.j.in fi.

Humiliati sũt q̃dã religiosi q̃ fuerũt ꝺdẽnati ab eccl̃ia ꝑ Lucium papã.qz noluerũt iurare.z postea tpe clemẽtis recepti sũt ab eccl̃ia qz se correxerũt z iurãt qñ expedit no. in.c. olim causam.de rescrip.spo.

De Ja

Actus. Require infra Rodia de iactu

Jactura est damnũ vl̃ periculuz qõ qs patit qñ imminẽte tẽpestate ꝓiciunt bona ĩ mare ad exonerandũ naues.z ita capit ꝓprie Sed large ꝑt capi ꝑ q̃cũq; dãno alicui ꝑ violẽtiam illato vñcũq; ꝓueniat. Uel ꝺr lesio fctã cũ lapide vel ligno. Re.etiã infra lex rodia

De Jb

Jbrida est de scorto nat⁹.alia noia illegitiorum. Re.infra mãser.spuri⁹.anser.noch⁹.

De Jc

Jconom⁹ ꝺr ille cui eccl̃iastica res gubernãda mãdat.vt.C.de sa.san.ec.le.iubem⁹.circa ꝓn.lxxxix.di.qm̃ in quibusdã.z glo.iij.c. impatoz.de iura.calũ.vbi not.differentia ꝑ doctores inter iconomũ syndicũ z ꝓcuratorẽ z actorẽ.que ibi ꝑm glo. in lata significatiõe idẽ significãt. De quo due glo.notabiles.vna in.c.si qs erga.ij.q.vij.alia ĩ.c. qm̃.xxj.q.vij.z habet.x.q.ij.sl iconom⁹.

De Jd

Jd est.est dictio expositiua.ff.ad.l.aq̃l.l.itẽ mela.§.legs.z de spõ.c.j.

Jdeota est grecũ.z est idẽ qõ imperitus.ꝑm Jsiõ.li.x.

Jdonei ꝓprie dicunt q̃ pũt z volũt in eccl̃ia ꝺseruire.de ꝓben.sup inordinata . Et dicunt idonei q̃ sũt moribꝫ honestate z lr̃arũ scia decorati.de instit.c.in eccia.in glos.iij. etiã sunt ꝓuidi z circũspecti

De Je

Jerociniũ.est loc⁹ vbi alunt pauꝑes ꝑm q̃d accipit.C.de sa.san.ec.l.illud

De Jg

Ignar⁹ est q̃ ignorat vl̃ q̃ ignorat.ꝑm Jsi. li.x.vñ ignorãs ignorabit.xxxviij.dist.q̃ ea. vbi ꝺr. Qui ea q̃ dei sunt nesciũt a deo nesciuntur

Ignauus est idẽ qõ ignar⁹ vie.i. rõis z vite ꝑm Jsi.ibidem

Ignorantia est cũ de facto vel de iure nihil scio.nec mihi aliq̃d suspicor. z ꝑm Azo.in sum.C.de iur.z fac.igno.

Ignorare ꝓprie est nescire qõ aliq̃s ꝺz scire. Nescire aũt est cõmuni⁹ q̃ ignorare. vñ ꝓprie oĩs q̃ ignorat nescit.z nõ ecõtra.vt no. ff.ꝺ iur.z fac.ig.sup rubri. Et ignorãtia ꝺiuidit ex ptẽ materie circa quã est.qz alia est ignorãtia iur̃.alia facti.z hanc vna ꝓbabil̃ alia nõ. Ignorãtia facti est vt si nesciã illũ decessisse q̃ mihi cognat⁹ est.vel aliq̃d sic. Et ignorãtia facti alia ẽ facti differẽtis ad salutẽ vl̃ ad officiũ.z ℔ excusat.vt.j.Qoz.x. Omne qõ ĩ macello vẽdit mãducate nihil interrogãtes ipam ꝓsciam. Alia ẽ facti necessarij ad officiũ.vt in ꝑs bytero q̃ sit facta manuũ imposicio.z ℔ nõ excusat. Alia est necessarij facti ad salutẽ. vt qõ tps passus est.hec etiã nõ excusat in habẽtibꝫ vsum rõnis. Item ignorãtia facti alia est ꝓprij facti alia alieni. Si ꝓprij aut q̃ qs ꝺat operaz rei illicite.z tũc nõ excusat.aut rei licite.z tunc aut habuit indebitã diligentiã.z sic non excusat a toto sz a tãto. Si ꝓo debitã habuit excusat a toto. Si ꝓo sit facti alieni.aut est ignorãtia ꝓbabil̃.s.ad quã non req̃rit q̃ sit nimis diligẽs aut curiosus inq̃rẽdo.vl̃ etiam q̃ sit nimis negligẽs.z ℔ excusat. Aut ẽ crassa z supla.vt cũ qs ignorat ea q̃ sũt publice fctã corã ꝑl̃o.z tũc ñ excusat. vt not. ber.in.c.req̃siuit.ꝺ ordi.ab epi.q̃ resig.epis. z.c.j.de postu.de cle.exco.mis.aplice z ꝺ cõsti.vt aiaz.li.vj. Itẽ ignorãtia alia est simplex.vt cũ qs tenet scire qõ nescit.z facit ad ℔ q̃ sciat.sz nõ q̃dquid potest. Uel ꝑm aliquos potest ꝺici simplex ignorantia q̃ priuat scientiaz.nec ponit debitũ sciendi. nec

ptemptuz sciẽdi.z hec est in his q̃ nõ habẽt vsum rõis.alia ẽ crassa.vt cum q̃s negligit scire qõ tenẽ scire.nec tñ vult se scire. Alia est affectata.vt cũ quis negligit illõ quod tenẽ scire.z placet ei nescire.ibi ꝑma excusat a tanto.sz nõ a toto.scõa adhuc excusat sed minꝰ q̃z ꝑma.tertia ꝙ nõ excusat.sz accusat. Jtẽ ignorãtia alia est vincibilis. alia inuincibilis.inuincibilis aut est introducta ꝑter omnẽ culpã.aut ꝑ culpã ꝑambulam. Si ꝑmo modo.aut simplr ꝑuat cognitõz vt in his q̃ carẽt omni vsu rõis.z hec excusat a toto.aut nõ tollit omĩno rõnis vsum. z tũc nõ excusat a toto.vt in his q̃ non sunt plene furiosi.sz habẽt aliqua lucida intervalla.z in pueris q̃ sunt capaces aliq̃ mõ ꝑcepti.licet nõ plene. Si ꝑ ꝑriam culpã. vt in ebrio z furioso.quorũ vterq̃z ꝑcipitauit se ĩ hoc ꝑ suã culpã nõ excusat.qz ꝛm Aristo.in etĥ.ebrio debeẽ duplex pena.licet furiosus excuseẽ saltẽ a tãto. Si aũt sit vincibilis.tũc distinguiẽ vt supra in crassaz z supinam z affectatã Sz q̃ duplex sit ignorãtia text⁹ est optim⁹.j.q.iiij.§.his ita rñdetur. Jtẽ vt ait Amb. Turbatur nauicula petri ibi in ꝙbo ignorãtia.glo.optima oĩno videda. Alia ḡ est ignorãtia iurꝭ.vt si nescio me illi posse succedere q̃ mihi cognat⁹ est et decessit.vt.ff.de iur.z fac.ignoto.l.j.z ĥ nõ excusat.regula ignorãtia in re.iur.li.vj. Est etiã quedã ignorãtia ꝑpabilẽ.vt si q̃s errat in facto alieno.z ignorãtia nõ ꝑpabilẽ.vt si quis errat ĩ facto ꝑprio vel rebꝫ suis.vt.ff.ꝑ solule.vlẽ.vel si ignorat aliq̃d qđ oĩs ꝺ ciuitate sciũt.vl maioz ps ciuiũ scit .le.regula.§. sz facti.ff.de iu.z fac.ig. Turpe eĩ est patricio z nobili viro z causas ꝓrãti ius in q̃ ꝙ sẽ ignorare.l.ũ.§.ab his.ff.de ori.iurꝭ. Et differẽtiam int ignorãtiã.erroꝛẽ.titubationẽ.z nescientiã no.archi.xxxiij.q.iij. Jtem ignorãtia ꝺr esse triplex. ꝙzia negatõnis.q̃ scz scia negaẽ.nec debitũ sciẽdi ponẽ.z similicit ĥ excusat. ꝙcõa est ignorãtia ꝑuationis.q̃ etiã scia negaẽ.sz aptitudo siue debitũ sciẽdi ponẽ. Et hec ĩ eis q̃ ptinent ad salutẽ excusat a tãto.sz nõ a toto. Tertia est ignorãtia dispositõis q̃ ponit erroꝛem siue ꝺceptiõem ꝓrariã recte scie. Et ĥ in his q̃ ptinẽt ad salutẽ accusat non excusat. Et sicꝑz q̃ ignorãtia ꝛ q̃dã excusat.q̃dã nõ.q̃daz magꝭ.z quedã min⁹ z q̃dã oĩno nil excusat sed incusat.vl accusat. Nã ignorãtia iuris, sialiq̃d excusat.min⁹ tñ q̃z ignorantia facti Et ignorãtia iuris.alia est iuris naturalis alia iuris diuini.alia iurꝭ canonici. alia iuris ciuilis. Jgnorãtia iuris naturalis nullum habentẽ vsum rõis excusat .qz ĥ ius ẽ in corde hoĩs scriptũ.j.q.iiij.§.his ita ẽno tandũ. Jgnorãtia ꝙ iuris diuini q̃ntũ ad aliq̃ simplr excusat laicos.z q̃tũ ad aliq̃ excusat eos a tãto.nõ a toto. Legere eĩ ꝓphetias z euãgeliũ z doctrinã aplice scie tenẽt epi z plati maiores.q̃ dñt dño oĩpotẽti fuire.z reddere rõem ꝺ ea q̃ in eis est fide z spevñ ab eis req̃rit scia veterꝭ z noui testamti Sz laici ad ĥ nõ tenenẽ nisi ad noticiã decalogi z articulorꝫ fidei.put in apl'orꝫ symbolo ꝓtinẽt. Jgnorãtia aũt iuris canonici aliq̃s excusat z aliq̃s ñ. Cõtinet eĩ ius canonicũ ꝓstitutões ꝑ q̃s discernũt peccata. z has tenẽt scire ꝑl byteri curã aiarꝫ hãtes scz ꝓfessores. Nõ aũt ita tenẽt alij.z multo min⁹ laici. Sz ipi ꝑl byteri z alij clerici ẽm q̃ sunt ĩ maiori ḡdu ꝓstituti.ẽm ĥ etiã pla scire tenenẽ. Jgnorãtia ꝙ eorꝫ q̃ publice ꝓmulganẽ ad laicos ꝓtinẽtiũ nõ excusat eorũ pctm̃ qđ ꝑ ignorãtiã ꝓpetrãt.xxj.dis.qđ dicitis. Jgnorãtia ꝙ iurꝭ ciuil aliq̃bus ꝑdesse ꝑt.vt militib⁹.rusticꝭ.mulieribꝫ.z minoribꝫ ãnis z marie ĩ dãno euitãdo.nõ aũt in maleficijs.vñ. Leges ciuiles si nescit femina milex. Clericꝰ z cultor ꝓcet sibi iudex z vltor. Nã rusticitati succurriẽ ĩ ignorãtia iurꝭ.vt in.l.q̃cũq̃z.C.q̃ admit.ad bo pos.po. glo.j.q̃ allegat ad ĥ iura. Sz ibi catho ꝺ sanctis ꝓcludit ꝺ sali.quẽ dic rustice loq̃.qꝛ rustico ius ignorãti ñ dz succurri.qz dz ꝓsulere pitiores. Si ei nõ ꝓcẽ mulieribꝫ z nobilibꝫ ad indulgẽtias cũtibꝫ cũ opteat ꝓsulere pitos.nec rustici cũti ad siluas ꝓci dz.sz tñ rusticitati ꝓcendũ ẽ.vt.C.ꝺ test.z quem/ad.testa.ꝺr.l.fi. Jtẽ ignorãtia ꝺr crassa z supina ꝑ methaphorã hoĩs crassi z supini .q̃ nõ videt etiã ea q̃ ad pedes ei⁹ sunt

Jgnominia est ꝙbalis lesio ꝺ bonorẽ vl etiã turpitudo. Et sic ꝺr q̃ ignominiosũ est epi scopo si q̃rat ab alĩs doceri.cũ ipe alios docere debeat.vt ĩ aut.ꝺ san.epi.§.dam⁹.col. ix.z xxxvj.di.§.ecce.j.q.j.vilissim⁹.viij.v.j. licet.z ar.in.le.argẽtari⁹.§.phibet.ff.ꝺ edẽ. Jtẽ ꝺr ignominia z ꝓfusio ẽ xp̃m crucifixũ pauperẽ z esuriẽtẽ farsis ꝑdicare corꝓib⁹ z ieiunioꝫ doctrinã rubẽtes buccas tumentiaq̃z ora ꝑferre.xxxv.di.ecclie ꝓceps

De Il

Illustris est nomē noticie eo q̄ multꝫ clare at splēdore generꝫ vel sapie vel ꝑtutꝫ cuius fit obscure nat⁹ ſm Jſi. Et no. q̄ ttuor sūt noia dignitatū. ſ. maxim⁹ vt sūt supillustres magni vt illustres. medij vt spectabiles. minimi vt clarissimi. ī aut. de app. §. j. z trib⁹ se. insti. in phe. §. cuiꝫ. vbi glo. Illustres etiā dicunt q̄ sunt ꝺ ꝓsilio z ꝓsistorio impatorꝫ. le. q̄sq̄s. C. ad. l. iul⁹ maie.

Illico ꝺz fieri qꝺ fit añcꝫ diuertat se ad alia faciēda. l. litigatorib⁹. C. de ap. vbi ꝺceditur illico appellare vna voce in criminalib⁹ et ciuilib⁹ causis etiā sine scriptꝫ. ff. e. ti. l. j. §. fi. z. l. a snia. §. fi.

Illata. i. opposita. de ꝓsump. nōne.

Illusio est deceptio vl̄ derisio. cle. vnica. cū illusio. de renū. vbi ꝺcoꝝ. multe ī glo.

Illirie⁹. i. sclau⁹. ſ. aliq̄s ꝺ sclauonia. vide sup̄ coloni illiriciani. C. ꝺ colo. illi. li. xj.

De Im

Imbecill⁹ est fragilis z incōstans. z ꝺz qua si sine baculo

Impetere est accusare. vt de iureiu. quēadmodum

Imperitia. i. ignorātia. ꝺ ꝓscrip. sic ḡue

Imo stat q̄ñcꝫ correctiue. c. accedēs. vt lic. nō ꝓtest. de ꝟ ter. iūcta glo. xvj. q. j. ꝑdicator z. l. stich⁹. imo. ff. de manumiſ. test.

Impetpetuū Impense Implementū

Impossibile Impubes. Req. infra ī In

De In

Incapacitas capit ꝓ ipa reali incapacitate put natura rei dictat. vl̄ dispositio legꝫ admit aut q̄libet mediū opari vl̄ significare declarat Verbi gra. pmittit vl̄ legat res sacra ī capacitas rei h⁹ opat q̄ nō valet nec ī re nec ī estimatōe q̄ ñ est cōmertiū rei sacre le. inf stipulantē. §. sacra. ff. ꝺ ꝟ. obl. Rō. q̄ res ꝺo dicata ē extra cōmertiū hoīm. ſz ibi legat colūna aurea vl̄ marmor pictū ad cōstructiōz dom⁹ de alia domo nō valet legatū in re licz valeat ī estimatōe. l. cetera. §. si duob⁹. de. l. j. q̄ res ꝺ se est ī cōmertio hoīz ſz ne destruat vl̄ deterioret nō tollit de domo. ſz debet estimatio rei. Jtē si legat p̄dium qꝺ est incorpatū patrimonio cesarꝫ significat q̄ nulla ē dispositō in re vl̄ estimatiōe. l. apꝺ iulianū. §. si. de le. j. q̄ res est simplicit exempta a cōmertio hoīm nisi de licētia ncippis. Jtē legat vl̄ pmittit res aliena nō ꝓt solui. q̄ nō ꝺns vl̄ nimis magno precio vult vēdere. l. ñ dubiū. §. fi. ꝺ le. ij. q̄ licet res ī cōmertio sit. ē tñ difficultas ī habēꝺo z soluēdo. Jtē si legat iudeo mācipium xp̄ianū. nō valz dispositio nec debet res vl̄ estimatio rōe incapacitatꝫ. vt. l. multū itereſt ff. de ꝟ. obli. Et sumit significatū ex re et p̄sona. vā mācipiū xp̄ianū iudeo q̄ri non pōt C. ne xp̄i. māci. l. vnica. z. c. j. de iudeis. Jgitur ꝯctus sup illa re null⁹ ē ipo iure legatū nullū. Sz si iude⁹ legat xp̄iano mācipium xp̄ianū valet dispositio ī re. l. multū itereſt p̄al. q̄ nil ipedit Et si diceres obstare q̄ legās ꝺz trāsferre dñiū. l. vbi aūt. §. fi. ff. ꝺ ꝟ. obli. Sz iude⁹ nō hz cōmerciū mācipij xp̄iani. q̄ nō trāsfert dñiū. Rñdet licz nō habeat cōmertiū vt apud se remaneat. hz tamen vt ad aliū trāsferat. z sic de alijs exēplis.

In capita succedere ſm Hosti. ī sū. de suc. ab inte. §. viso. ꝟ. q̄d si factū. Est q̄ñ filij premortuoꝝ fratꝝ succedūt ī tot portiōib⁹. q̄t sūt capita. Verbi gra. Tres sunt filij ex ꝑmortuo frē. z vn⁹ ex alio frē. si tñ capiat filius ex vno frē genit⁹ q̄ꝫtū tres ex alio geniti succedūt ī stirpes suas. q̄ q̄libet capit certā portiōz stirpis sue. Si ꝟo frēs tot portiones capiāt q̄t capita sūt. tūc succedūt ī capita. vide infra ī stirpes succedere. z Azo. ī sum. C. ꝺ here. insti. z Hosti. z spe. e. ti. ī tractatu libelloꝝ. ꝟ. nūc. de collateralib⁹

Incōcussa. i. inuiolata. ſz incōcusse. i. quiete sine interruptiōe. c. illud. z. c. auditis. de ꝓscrip.

Incendiari⁹ est q̄ ob inimiciciā aut ꝑter ḡtiam edes. arbores siue segetes incēdit. vt. ff de pe. l. capitaliū. §. incēdiari⁹. Et incēdiarij ꝑ snīam ab eccia denotati tñ a papa absoluunt. de sen. excō. tua nos. Alias incendens domū vel areā alteri⁹ punit. de iniu. c. si q̄s domū

Incidēs z emergēs quō differāt. no. in. ca. j. de ordi. cog. z. c. a nobis. de excep. vide de ꝟ supta emergēs.

Penitētia ſm Amb. eſt ꝓterita petā plange re ⁊ plāgenda iterū nō ꝺmittere. vel ſic ſm Auguſt. Eſt q̄ꝺam ꝺolētis vindicta puni ens ī ſe qꝺ cōmiſiſſe ꝺolet. de quo pl̄a vide in tractatu. de pe. diſt. j. ij. ⁊ iij.

Penula eſt q̄ꝺam veſtis q̄ non vtebant niſi ciues romani. q̄ fuit ꝺata patri pauli. qꝛ ſo cietatē ꝺtraxerat cū romanis. ⁊ etiaꝫ beat⁹ paulus aꝺuerſus iniuſtos romanū ciuem ſe appellauit. c. ſi in aꝺiutoꝛiū. diſt. x.

Penſio eſt iꝺē qꝺ cēſus vel tributū.

Penſitatōnes publice ſm Azo. in ſum. C. ſi ꝓter pub. pen. ven. ꝺicunt annue exactōes tributoꝛ vl̄ veſtiū auri vl̄ argenti. q̄ a certis ꝓſonis ꝓſtabant fiſco. ſz pēſiōes publice ꝺi cunt q̄ ad viaꝝ vel pontiū refectionē ꝓſtan ꝺa ſunt a poſſidentibꝰ vt ſic fiat oīm ꝺatoꝛ q̄ꝺam collatio ⁊ ſic penſitatio eſt q̄ſi penſi/onis ſolutio.

Pētatheucū eſt volumē ꝺtinēs q̄nq̄ libꝛos Moyſi. a penta. i. quinq̄. ⁊ theucū māda/tū q̄ſi tē. vt in. c. j. de ꝺeci.

Perangaria eſt fuitꝰ ꝓſonaꝝ ⁊ reꝝ. ⁊ ꝺz q̄ ꝓ fecta ⁊ magna angaria. Eſt autez angaria ſeruitꝰ ꝓſonaꝝ ⁊ nō reꝝ. Jtē pangarie ꝺicū tur exactiōes ⁊ ꝓſtatōes ꝓmonioꝝ. ſ. one ra q̄ꝺam q̄ ꝓꝛeꝺio incūbūt vl̄ imponunt ⁊ erāt forte exactiōes equoꝝ vel vecturaꝝ ad portandū annonā militibꝰ. vt colligit. C. ꝺ curſu. pub. an. in Rubꝛica. li. xij.

Perangada eſt veſtis de auro vulgari qꝺa gaꝺis veſtimētoꝝ vel clamiꝺū poni ſolet vl̄ veſtis q̄ hz aurū tm̄ in ſupficie. Req. ſup olobeꝰ. ⁊ C. de veſti. olo. ⁊ de aura. li. xj.

Peregrinātes large ꝺicunt oēs q̄ a loco ſui ꝺomicilīj ꝓficiſcunt. C. ꝺ icol. l. ciues. Pꝛo prie aūt ꝺicūt romipete apl̄oꝝ ⁊ alioꝝ ſan/ctoꝝ limina ⁊ oꝛatoꝛia viſitantes. xxij. q. iij. ſi qs romipetas. ⁊ c. paternaꝝ. et. c. illi qui. Etiā ꝺicunt illi q̄ accedunt ad pōtiam ꝺñi pape. vt eo. ti. c. vnico. ⁊ ij. q. vj. arguta.

Peregrini ꝺicunt oēs q̄ nō ſunt ꝺe ep̄atu oꝛ ꝺinantis ſiue ſint clerici ſiue laici ſm Boſ. in ſum. de cle. pegri. qꝛ tales recipi non de bent ab ep̄o alieno ad oꝛꝺines vel ꝺignita tes. aut eccl̄iaſtica ſacramēta. vt. lxxj. diſ. p totū. ⁊ in ti. de cle. pegri. Unꝺ clericꝰ pegri nus eſt q̄ in alicna puincia oꝛꝺinaꝛ

Perēptoꝛiū ꝺz a pīmēꝺo eo qꝺ oīno pīmat. vt terminꝰ pemptoꝛiꝰ vltra quē nō ꝺent vl teꝛioꝛes ꝺilatiōes. Sil̄r exceptio pempto ria ꝺz q̄ pīmit actionē. Etiā ꝺz citatio pem ptoꝛia. qꝛ oēs alias citatōes ꝺebēt fieri añ tecꝫ aliqꝺ tancꝫ ꝓtumax puniaꝛ. iuꝺex tū p emptoꝛiā citationē vl̄ pemptoꝛiū ꝺictū ex/tāte cā ſtari mittere pt. ⁊ iꝺē opabit qꝺ alie tres citationes pñt opari.

Peremptoꝛiū ſoluit id eſt poſſibilitas ferē/di ſententiā.

Per no. Archi. xiij. q. ij. c. ebꝛon. ⁊ Paulꝰ de Liaza. plene ī cle. j. ꝺ ſumma trini. ⁊ fi. cat. ⁊ Jo. an. de elec. ꝺudū in fi. ff. de ſ. ſig. l. vz bana. §. pnoctare. vbi ꝺictio p notat pfecti onē. vt habeꝰ in. l. fi. tu. ff. de le. j.

Pergula eſt tuguriū vel obūbꝛatio frondo

sa.z ponit in glo.§.ꝓtrabẽtes.c.j.de fo.cõ/pẽ.li.vj.

Perequator est q̃ boies z territoria pequat id est valde eq̃t. vl' q̃ p̃diũ ꝓpter defectuz eq̃ pensiõe vt p̃us assignat nouo possessori. vt C.de sum.p̃mo. l.fundi.li.xj.

Perduelliones Re.s.crimẽ lese maiestatis

Peripsima est purgam̃tũ vl' cortex pomi vl' piri.vñ. Tolle pipsimã ede pulpã spernes arullam

Permitti 9z aliq̃d trib9 modis. Primo q9 nullo iure phibet. Secũdo q9 cõtra hũa nas ꝯstitutiones indulget. Tertio illicituz vt magis illicitũ vitet. vt est glo.cũ exẽplis in.c.oẽs.dist.iij.

Permutatio ꝑm Boff.est vni9 rei p alia vicaria p̃statio. vel vicaria p̃statiõe mutatio. Et ꝯbit sic plerisq̃ placz qñ int' aliq̃s ꝯuenit vt certa spẽs p certa det. C.e.ti.qm. assens. Si em̃ cõueniret vt certa spẽs daret p incerta. vl' ecõuerso ñ esset pmutatio sz ꝯct9 inoiat9.l.do vt des ꝛc. Et p̃us ignora tet9 iõ fuit inuẽt9. qz sepe poterat aliq̃s hr̃e aliq̃d inutile sibi. vl' qui cõmodi q9 alt' ml' tũ valere potest z ecõuerso. Et p̃us ignora bat q̃libet res vni9 alteri9 fieri poterat. ad q9 inuẽt9 est ille ꝯtractus pmutationis.

Perpetuũ qñq̃ idẽ est q9 generale. 9 elect. c.massana.et.c.vt circa.eo.ti.li.vj. vt dicendo.edicto ꝑpetuo.i.generali phibem9.

Perplexitas est ꝯstringẽs z ineuitabilis necessitas peccãdi q̃ p̃uenit ex erronea volũtate. vt.c.j.in sũ. dist.xiij. vbi gl.bona Etiaz de differẽtia int' mortalia z venialia. pont' ibidẽ exẽplũ de iudeis crucifigẽtib9 xp̃m. z si q̃s rñdet q̃rẽti inimicũ si sit in loco. Item vir denegat vl' reddat vxori debitũ petẽti. z declarat ibi q̃ null9 põt esse ꝑplex9 iter duo mala. et sic ꝑplexio est solũ ad stultam opinionẽ alicui9. de h̃ vide i.c.nerui testicu long.xiij. dist. vsq̃ ad finẽ distinctõis

Perpẽsus.i.pfecte pẽsat9 z 9liberat9. 9 pac. c.vl.circa me.li.vj. Et sic 9z in ꝓhemio cle. iuris sanctio ꝑpẽsa. digesta ꝯsilio.

Persone q̃dã dicunt p̃uate iprope. vt ille q̃ sũt exẽpte a iure cõi. vt dis.iij. p̃uilegio. vbi 9z q9 p̃uilegia sunt leges p̃uatorũ Quedaz 9o dicunt ꝑpe p̃uate. vt ille q̃ nõ bñt dignitatẽ.iij.q.v.q̃ 5. vñ clerici nõ dicunt p̃uate sone. cũ habeãt dignitatẽ.i.ordinẽ eccl'ia sticũ. vt in.c.p̃uilegio. pal.z dis.iij.q̃q̃. ꝑm Jo. Item ꝑm alanũ q̃dã sunt psone publice q̃ sunt ĩ officõ publico. vt tabellio iudex baliu9. Alie p̃uate. q̃ ñ sunt ĩ officio publico.

Periurũ ppe 9z qñ aliq̃s iurat 5 canonica statuta vl' temerarie. Et dicunt m'tiplicit' Primo. i. falsa iuratio. q̃ si ignoranter adhibita oĩ diligẽtia facta fuerit sic nullũ pcm̃ est. xxij.q.ij. boies. Secõ 9z trãsgressio licita iuramẽti. z sic est mortale. vj.q.j. q̃cunq̃. Illicitũ aũt scienter iurãs peccat. sz nõ cõtraueniẽs. Tertio 9z indiscretũ iuramẽtũ z est veniale. xxvj. dist. §. crimis. ĩ fi. Quarto 9z mẽdaciũ iuram̃to firmatũ. z est semp mortale. xxij.q.ij. quod ait. z est crimẽ adeo magnũ q̃ cleric9 ꝑtur9 ab officio et bñficio suspẽdi 9z. c. puenit. de fide inst. c. inter dilectos. de excess. p̃la. z. c. q̃relã. 9 iureiuran.

Personalitas significat ꝑ has dictiões. tu mihi. ego tibi. cuz alio significato. q9 ꝓbabiliter ꝯcludit. et si nullo mõ ꝯcludit. tũc ẽ ipsonalitas. quia actũ viciat put ratio dictat. ꝓbi gra. Ago q̃ ꝯstituas te mihi solutuz debitũ a Titio. rñdis imps'nal'r dicẽdo. satisfiet tibi ab illo. vl' simpl'r satisfaciet. hec imps'nalitas significat te nõ ꝯstituere mihi. et q̃ nulla sit obligatio. aut si q̃ñ. C.de ꝯsti.pe. Rõ. q2 hec ꝓba nõ significant aliũ obligari. nã ali9 aliũ obligari ñ potest. nec verisile est quẽ iactare suũ. l.cũ de idebito. ff.9 pba. facit. l.arrian9. ff. de act. z obli. vbi nõ fit facil' interp̃tatio p obligatõe. z l.stipulatio ista. §. si q̃s ita. ff. de ꝓ.obli. Hã cõiter q̃s sibi acq̃rere cupit. ideo verisil'r stipulãs vult acq̃rere sibi. q̃re licet q̃s dicendo. promittis decẽ. nõ exp̃met ꝓbũ mihi vl' tibi. z alter rñdet nõ dicendo tibi. tñ illa ꝓba mihi z tibi supplent z sufficiẽter intelligunt ꝓpter causam dictã. vt in.l.stipl'o. ꝑallega. Item si q̃s stipulat decẽ dare. sibi alter respodet dari. sz nõ dic a me. valet stipulatio l.fi.§.fi.ff.si cer.peta.et.l.illa stipulatio. ff.9 ꝓ.ob. z est sensus q̃ dabit ꝑ ip̃m promittentẽ vl' p aliũ. q2 h̃ significat illd verbũ ipsonale passiuũ dari Et q̃ sequit q̃ ñ est obligatus ad dare. sed tenet ad factũ p q̃d det. secus in illo q̃ promittit dare. q2 tenet rem accipientis facere. q2 ꝓbum hoc ꝑportat q̃ ipse dabit. Et si diceres heres q̃ iussit facere q̃ tit9 cẽtũ habeat tenet p se dare. l.si heres. ff de lege.j. ita ĩ ꝓposito q̃ promittẽs dari debeat p se dare. Rñdet q̃ hoc verbum habeat soluit h̃ ꝯtrariũ q9 significat iurẽ dñũ. sed ex promissione non transfert dñium ergo zẽ.

Item testator legauit titio seruos qs ipe testator manumittere ñ poterat vt manumitterent manumitti nõ pñt. hec ipsonalitas significat q legatarius seruos nõ habebit. sed remanebũt penes heredez. vt.l.si qs .ff. de lega.iij. Hec si diceret vt manumitteret. qz tũc remanerẽt penes legatariũ in.l. si qs eũ quẽ.ff.de cõdi.z demõ. Rõ.qz ex significato ꝓbi ꝓsonalis imponit onꝰ legatario.z si nõ tz onus emolimẽtuz penes eum tñ remanebit.z sic de alijs.

Pertinere ad nos dicunt q̃ spectãt aliq̃ titulo nõ cã pignoz.z q̃ nr̃a nõ sunt.sed eẽ pñt l.verbũ ptinere.ff.de ſ.sig.

Pertinacia in malo.pseuerãtia in ꝓtute ðr. Mã ptinax ðr valde tenẽs vl̃ iprudent̃ durus.z irrenocabil̃.idocibil̃.z obstinatꝰ ꝑm Jo.an.in cle.j.de sum.tri.

Petitio hereditatis oĩb illis cõpetit q̃ iure veteri vl̃ nouo heredes sunt vel fiunt ꝓtra possessores vl̃ pheredes q̃ possidẽt nec possunt dicere quare possident veteri iure veluti.xij.tabulaz vel ex testamẽto nouo iure velut ex senatusc̃o̅sulto q̃ vero cũ titl̃o possident hereditatẽ nõ tenent petitione hereditatis nisi in trib casib.vt si venditor nõ apparet vl̃ modico distraxit vl̃ de p̃cio non est factus locupletior.q̃b casib vtilis petitio hereditatis liberis cõpetit contra testamentũ parentũ z pentib ꝯ testamẽtũ liberoz.z frib ꝯ testamẽtũ fratrꝫ.q̃ turpẽ psonaz instituit heredẽ.H aũt de iofficioso vtil̃ est. qz ꝓpetit a tpe adite hereditatꝫ vsqz ad quẽ quẽniũ exheredato nõ dño ꝯ scriptũ heredem aditione iã factũ dñm

Petitio hereditatis fideicõmissaria cõpetit ei cui fideicõmissaria hereditas restituitur ex sena.cõsul.trebelliano.

Petitio hereditatꝫ possessoria q̃ ðr bonoruz possessio infra annũ vtilis dat emancipatꝫ vel suis heredib infra centum dies ceteris vsqz ad.xxx.annos ꝓdurat.instit.de bo.pos. ſ.§.liberis.

De Ph

Philantrophũ.idẽ est qð salariũ

Philateria dicunt carte in q̃b cõtinent incantatiões.xxvj.q.v.

Phitones sũt icãtatores vl̃ diuinatores. dicti a phitone q̃ fuit auctor diuinãdi.

Phisis idem intelligit in ꝟbo oĩmodã vt in cle.j.de so.ꝓpe.sed an possidẽs ecclesia pleno iure possit eius bona ꝓuertere in vsum ꝓpriũ.et ðr q̃ nõ in glo.verbi ad mẽsam.in cle.j.ð excel.ꝓlato.

De Pl

Pignus est res mobilis vel se mouẽs apud creditorẽ a debitore tradita z collata ad ꝓstandũ securitatẽ de soluẽdo debito. vl̃ adiplendo.pmisso. Vl̃ sic. Pignꝰ ẽ res obligata p debito ad securitatẽ creditoris. z dicit a noĩe pugnus.qz pugno vl̃ manu tradit. z ꝓsistit in re mobili.ꝓprie.q̃uis hypotheca sit.ꝓprie obligatio rei immobilis. Et ðr hypotheca ab hꝫpos qð est sub z thesis positio q̃si suppõ Jtẽ pignꝰ ꝑm Ꝑa.est qð datur ꝓpt rẽ creditã q̃ dñ reddit statiz pignꝰ auferetur cuiꝰ possessionẽ ad tps solũ ꝯsequit creditor.ceteꝝ dñiuz penes debitorẽ est z ponit idẽ differentiã dicẽdo. Pignera natoruñ dicunt pignora reꝝ.subdẽs.sed vtraq̃ cõfundit auctoritatẽ lectoris.

Pignꝰ ꝓtoriũ ðr illud qð alicui a iudice datur ꝓ maiori securitate rei petite et adiudicate vide.l.si decreto.C.q̃ po.in pig.ha.z.l. j.C.de p̃.pig.

Pignus cõmittit est in eũ statum ꝓuenire vt ðbitor dñiũ pignoz amittat.ꝟbigẽa. Tradidi vl̃ mutuaui tibi pecuniã sub pignoꝛe ꝯditõe.et nisi statuto die pignꝰ luas vl̃ redimas ðbitũ soluẽdo q̃ ipm cõmittat.i.amittatur.

Pignꝰ est duplex p̃toriũ z iudiciale. Pretoriũ est q̃n mittit actor in possessionẽ ꝓpt cõtumaciã rei in nõ ꝓpendo añ li.ꝓtest. vl̃ pꝰ. Ðz pignꝰ iudiciale ꝓstituit q̃n pꝰ sniaz mittit actor in possessionẽ ob victi ꝓtumaciaz in nõ soluẽdo.tũc em victor statim acq̃rit naturalẽ z ciuilẽ possessionẽ. de H notat ꝑ doctores i.c.cõtingit.de do.z ꝓtu.

Pignorare est rẽ aliquaz p debito obligare creditori vt securior sit de solutõne debiti. vl̃ est facere ꝓtractũ sic dictum.

Pignoraticia actio Re.supr̃ Actio pignoꝛ.

Pistores olim dicebant faciẽtes panẽ pallacũ q̃ suberant comiti horreoꝝ vt.C.ð pisto.li.xj.ꝑm Accur.

Piscina locus ðr p nutriẽdis et ꝓseruãdis piscibus deputatus vt q̃n placuerit dño ð ipsis capiat.

Pileꝰ ðr a pilis.qz pilos capitis tegit z strin git ꝑm Jo.an.in cle.ij.ð vi.z bo.cle.p̃ etiã dici a pilis.qz de pil̃ factꝰ ẽ

De Pl

Placere.i.arbitrari ꝼm voluntatē rōne regulatā.z est actū ponere in placētia vt ibi arbitrio.vt in.l.thays ancilla.§.sozore.ff.ō fideicōmiſ.lib.vbi relicta libertate ſi beredi placeret inſpicit q bono viro placeret.et p hoc decidit qō.pone.Lōduxi famulū vſq ad annū pacto appoſito q ſi mihi diſplicret infra annū poſſim ip̄m expellere q non poſſim expellere niſi ex cā ex qua vir bon⁹ expelleret.ſed ex vſu cōi intelligēdi ſignificat merā volūtatē.z forte idem de iure ſcripto p.l.explicito.C.ō rei vxo.pnūta.Rō.quia certū est q placitū ſignificat ibi voluntatē faciēdi.§.penul.inſti.de otrabē.empt.vbi recipit p mera volūtate.ſed nō obſtat.§.sozore.palle.qz ibi ſignificat arbitriū rōe ſubiecte materie.ſ.libertat⁹.vt facilius valeat.

Itē paria ſunt actū ponere in alteri⁹ libito vel voluntate.l.fidei ocenſus ꝓpe fin.ff.ō fideicōmiſ.libe.in ꝓſi.ſed ita ſcripturz.vbi est idē dicere.lego libertatez ſi beres voluerit. vel ſi ei libuerit.

Plagiarū ſunt illi q liberos homīes ſeducūt.vl ſeruos alienos ſurripiūt z vendūt a plaga marī.C.ad.l.fal.de pla.l.fi.

Plagiū est plaga vl dolor q pentib⁹ vl dñiſ inferr de ſurreptiōe filioz vl ſeruoz ab ip̄ plagiarijs.auferr em̄ dñis vl p̄ib⁹ p tales facultas filioz vl ſeruoz.et ōr a plaga.qz ē magna plaga p̄i vl dño.ſm glo.in Rubr. C.ad.l.faui.de plagiarijs.

Plagiar⁹.al⁹ plegiari⁹ etiā est idē q fideiuſſor.vt in.c.venientes.de iureiur.

Placet licet videar ꝓportare oīodā volūtatem ꝓferētis.tm̄ includit arbitriū boni viri l.thays.§.sozore.pal.nā licet dicā facia q̄cūq tibi placēt.intelligit tm̄ iuxta arbitriū boni viri.l.ſi ſic.ff.ō lega.j.vbi p Bar.z no ta.in.c.de quultdeo.de iudi.

Pleno iure exponit id est q ad tpalē z ſpūalē iuriſdictōez.c.q̄ſt⁹.de fo.cōpe.z ꝑ ſi cōcedēs hz ptātez vl iuriſdictiōez vtrāq idē in.c.q̄m.de pui.z.xvj.q.ij.

Plebiſcitū ē qō plebeo magiſtratu.i.tribuno interrogāte an oīb⁹ placeat.plebs inſtituit dictū q̄ſi ſtatutū.orta em̄ int plebem z maiores ciuitatis romane diſcordia plebs ſibi leges ꝓſtituit q dicte ſunt plebiſcita.vt ff.de orī.iur.l.ij.§.hiſdē.reliqu⁹ ꝓpo pl⁹ cū ſenatoribus⁹ z patricijs ius ſibi ꝓſtituit qō ōr lex pl⁹i anthonomice.i.p excellētiā.ꝼm Iſido.li.vj.z ōr plebiſcituz.eo q plebs ſciat et ſciſcitet vl cogat vt fiat.di.ij.plebiſcita

Plus petitio est ſolius offerētis pmiſſio.ff. eo.ti.l.iij.vl est pl⁹ z aliq̄ꝫ pactū ſit exactō. z fit q̄ttuor modis.vñ.Pl⁹ petit cā.tpe.re. q̄z loco.vt no.in.c.j.de plus peti.

Plerūq̄z.i.regl⁹arit.inſti.de le.patro.tute.ī ficū gl.ip̄ropriat.ff.cōmodati.l.ſi is q̄.§.fi.

Plebs differt a pp̄lo vt ſpēs a genere.qz populꝰ ptinet mīores z maiores nobiles z ignobiles.plebs ꝓpo tm̄ mīores.z inde plebiſcitū.i.p plebē ſtatutū.inſtit.de iur.na.gen. z ciui.§.plebs añt.

Pl⁹ ſub ſe min⁹ ptinet.ꝓbi gra.Licz p̄i vel marito occidere adulterū cū filia vl vxore deꝓbenſum.p ꝓ ſignificat q etiā licz vulnerare.vl iniurijs afficere.l.ne mea.§.ius occidendi.ff.ad.l.iul⁹.de adul.qz plus est occidere q̄ꝫ vulnerare.vl iniurijs afficere.qz illi ptinēt et ſignificant ſub ꝓbo occidere. Itē iudex defert iuramentū in litē et tatat vſq ad certā q̄ntitatē.tm̄ licet ei cui defert iurare in minori q̄ntitate.l.videam⁹.§.pen⁹.ff. de in lit.iur. Itē vēdidi vinū qō est ī dolio appoſita est dies in q vinū tollere ōbes.nō tollis.vl die nō appoſita te inꝓpellato et expectato ſufficiēter nō tollis indigeo doleo qz ſunt vindemie.Dicit tex.q licet mihi to tū vinū effundere.et tm̄ nō licet tm̄ ptē vini effundere.l.j.§.licet.ff.de picul.z cōmo.rei vē.qz effundēdo tm̄ ptē de dolio ita paruz me iuuare poſſet ac ſi nihil effunderē.et iō rō nō dictat tm̄ ptē effundendā.g ſi ptē tm̄ effudero obligoz emptori.et ſi totum effundā non tenebo.licz rogat⁹ poſſim bñ dimittere ptem.z ſic de alijs.

Pluralis locutō plura ꝼcat.duoz tm̄ numero ptenta est.c.plural⁹.li.vj.de reg.iur.Q̄ñ q̄ꝫ añt plura ꝼcat geminatiue ī ſuas ſingulares ſic q q̄libet ſingularis in vno ſolo verificat.Q̄ñq̄z autē non gemiatiue ſi q vna ſingularis p ſe nō attēditur.ſed ipſa pluralitas ſimul put ſingulare ꝓcludit.vel qōlibet aliud pbabile mediū.verbi gra.Teſtator dicit.Lego ſtichū et titiū ſi mei erūt cū moriar.tūc altero alienato z altero nō.iſte nō alienatus poteſt peti a legatario.lz em̄ ſermo pluralis ſit.oportet tamen accipi ac ſi ſeparatim diciſſet.ſi ſtichus meus erit cum moriar.et ſi titius meus erit tē. vt.l.fal.§. ſi.ff.de condit.et demō.Ratio Bar.q̄a hec

sepatio respicit diuersos effectꝰ ⁊ sepatos. id est dominiũ legatarij in quolibet. ⁊quia sunt duo serui distincti. ita duo dñia distincta ⁊ sepata. ⁊ sic sepati effectꝰ. Et iã ideo qꝛ legauí quelibet nolatim. ⁊ sic referꝛ ad quẽlibet distincte. ⁊ hoc ex fauore legati ⁊ testamẽti. Qꝛ ibi. Testatoꝛ duobꝫ ipuberibꝫ instítutis filijs suis dicit. si vterqꝫ ipubes decesserit. Titiũ substituo. tũc si vnꝰ moꝛiꝛ. ipubes substituꝰ nõ admittiꝛ. imo vt admittaꝛ reꝛiꝛ vtrũqꝫ decedere in ipuberi etate l. penꝛ. C. ð ipube. ⁊ ali. substi. Rõ Bar. ẽ ex dictiõe vterqꝫ q̃ est collectiua Alij tñ dicũt qꝫ fauore institutõis dictio collectiua sumitur distributiue. l. ℔ argu. ff. ð here. ísti. modo oís substitutio est cõditionaꝛ institutio ℊ ⁊c. ⁊ sic Bar. in. l. heres. §. cũ ita. ff. ad trebel. dicit qꝫ in dcã. l. pe. vno filio moriente ipubere remanet altꝛ filiꝰ testatoꝛis q̃ ex pte sumpta volũtate excludit extraneũ substitutũ. ar. l. cũ acutissimi. de fideiuſ. ideo vno moriẽte ipubere nõ exístit pditio substitutionis. ⁊ sic de alijs exemplis.

De Po

Pondꝰ differt ab onere. qꝛ põdꝰ ðꝛ quoddã leue ⁊ quoddã gue. vñ ðꝛ põdꝰ meũ. i. coꝛpꝰ ego fero q̃cũqꝫ venero. sed onus ðꝛ. qꝛ semper onerat ⁊ depmit.

Ponctiões dicunꝯ q̃daꝫ naues. Vñ ðꝛ Si ponctiõibꝫ trabijciaꝯ. i. mare trãſ fretaꝯ vel nauibꝫ transeaꝯ.

Pontifices olim dicebanꝯ ipatoꝛes. xxj. dist. cleros. dist. xj. de capitulis.

Põtificale est oꝛnamẽtũ epale. ⁊ fm Hosti. est auctẽticũ iste liber. vt ð ser. nõ oꝛ. c. ꝓsuluit. vt no. Jo. an. ĩ cle. vnica. ð iureiur.

Poꝛcariꝰ. i. suarius. Re. ifra Suariꝰ. ⁊ dicebanꝯ olim hi q̃ custodiebant poꝛcos ciuiũ vrbis romane in pascuis. et excusabãtur a muneribꝫ soꝛdidis. vt. C. de sua. susce. l. j. li. xj. fm Accur.

Poꝛtoꝛiũ ðꝛ q̃dã pstatio q̃ daꝯ p nauiũ applicatiõe seu statiõe ⁊ mercatiõe q̃cunqꝫ facta in poꝛtu. Vñ differũt pedagia ⁊ guidagia ⁊ saluiaria. Re. qðlibꝫ loco suo. Et ista ðia dicunꝯ poꝛtaria. C. de vectiga. ⁊ cõmiſ. l. iij. ⁊. c. sup. ð ℣. sig. in glo. vj.

Positio fm Hoſſtre. est dictũ qð loco interrogatiõis ponebaꝯ olim. hodie de plano ponit ⁊ positiue fit sicut olim interrogatiue fiebat. ℣ bi gra. Si volebam te q̃uenire here ditario iure tũc sic dicebã. Dñe iuder interrogetꝫ hũc an ipe sit heres taꝯ. ⁊ ex ñ pte sit heres. hodie ꝓ sic dicek. Pono te esse heredẽ taꝯ. Itẽ pono ipm exasse heredẽ. s. extitisse. sed qꝛ hodie simpl'r fiebãt seu fiãt interrogatiões sup positionibꝫ. igiꝯ al'r ðscribit a Spe. co. ti. sic. Positio est breuis ꝓboꝛum formula mentẽ ponẽtꝫ ꝓtinẽs ad veritatẽ eliciẽdã ꝯcepta. ⁊ habuit ℔ ꝓbũ oꝛtũ nõ solũ ex vsu hoĩm din in cauſ molito. ſz et antiqua lege. ff. de le. iij. l. ostendimus. §. ex diuerso. ibi pone ergo. Positio igiꝯ nihil aliud est q̃ dictũ ð credulitate asserta ĩ vim pstiti iuramti faciẽs ad pbationẽ aut ipaz aminiculans hñs annexã interrogationẽ. aut iudicis suppletionẽ. ar. in auct. de his q̃ ingre. ad app. §. fi. colꝯ. v. sic dicte excõi cõsensu. nõ tñ sine rõne. ff. ð suppel. lega. l. labeo. inuẽte vt ptes exonerenꝯ pbatiõibꝫ. et ne fatigenꝯ laboribꝫ et expẽsis. vt. §. fi. pall. Vel positio ðꝛ dictũ facti nondum pbati p articulos distinctũ rite loco pbatiõis ppositũ spectans directe vl' indirecte simpl'r vl' aminiculatiue ad intẽtionẽ ponẽtꝫ qð intẽdit pbare ponẽs p ꝓfessionẽ aduersarij sui vel ciꝰ pcuratoꝛis. ar. ð clec. dudũ. ij. ð testibus pñtium. ð ꝓfeſſ. statuimꝰ. li. vj. nec debet poni nisi ℔ qð est facti. ff. ð dote plegat. l. j. C. de le. l. leges. Unde q̃ vocanꝯ positiones in curia ecclesiastica dicunꝯ articli in curia seculari. ⁊ differũt a rõnibꝫ. quia rationes sunt iuris. sed positiones vel articuli sunt facti. Itẽ positões differũt ab interrogationibꝫ. licet tã põtifices q̃ interrogationes fiant vt p ꝓfessionez aduersarij releuẽt ponẽs ab onere pbandi. quia positões fiunt assertiue ⁊ apte. sed interrogatões fiũt interrogatiue ⁊ a iudice. ⁊ ad positiones debet rñderi ps. nõ aduocatꝰ. ⁊ q̃n cũqꝫ fũt faciende pbatiões fieri pũt positões siue articuli. vj. q̃ plures ponit ꝓcoꝛ. ⁊ alle. cum exemplis de positione añ li. ꝓtest. ⁊ etiam post. ſ. ð exceptiõe q̃ actoꝛ sit excõicatus ponit reus ℔ mõ. Pono q̃ pcussisti talẽ in tali parte coꝛpis. tali loco. tali die. talibꝫ pſentibus Itẽ turbatus ex tali causa animo iniuriandi illum qui tũc erat clericus ⁊ erat in possessione clericatꝰ ⁊ sciebas eum clericũ esse Item vidisti eum ferentẽ coꝛonã habitum ⁊ tonsurã clericalem deferentez quibus p actoꝛẽ confessatis. pbata ẽ excõicatio ante

litis ꝓtest. sed post li. ꝓtest. Pone q̄ petā aliquē ab eccl'ia quā ꝯ iura retinet remoueri dicā pono iuramēto qō hz z possidet eccl'ia sāncti M. Jtē q̄ hz et possidet eccl'iam sancti P. Jtē q̄libet eaz hz curam aiaz. z eas p' ꝯciliū acq̄siuit. H ꝓfessato succūbit re' nisi dispēsationē vl' iustā cām ostēdat Jtē debēt fieri positōes sup ꝓtēs i libello. Et nota q̄ mltiplices sunt positōes. Una dr positio ptinēs. z tali coget iudex rñdere. vt in c. pītiuz. ō testi. li. vj. z si dubiū est an pertinēs sit vl' ne inclinabit se iudex ad id qō verisimili' est z in dubio tuti' est q̄ facit rñdere vt de ꝓfes. l. statuim'. li. vj. ff. de inrroga. ac. l. de etate. §. ex cā. z. l. vbicūq̄. e. tit. Alia est positio iptinēs cui non cogit' q̄s rñdere Jtē q̄dam est negatiua positio. z tal' nō dz admitti. qz ꝑbis affirmatiuis ponēda ē. nā negatiua nō ꝓbat'. z id qō ponit' si negatur ponēs ipm ꝓbare hz. ff. ō pba. l. ij. C. eo. ti. l. actor. z ō pba. qm̄ ꝯ falsaz. Fallit qñ al's q̄z p talē positionē ꝓbari nō pōt. c. statuimus. palle, vl' sup facto p̄gnāti. vbi indirecte p'bat'. c. ex tenore. de test. z. C. ō cōtrahē. z cōmit. l. optimā. Jtē positio q̄ nō reuelat ponentē. vel ei nō ꝓdest. nō debet admitti. q̄a nō debet q̄s ad ꝓbandū id admitti qō ꝓbatū ei nō ꝓdesset. l. ad ꝓbationē. C. de pba. c. dilecti. de excep. Jtem positio q̄ non fac ad cām. vel q̄ nō est sup re de qua agit' in libello. vel sup eo q̄ repellat agentez si ꝓnit' ex p̄te rei dicit' impt̄inens. z nō est admittēda Jtē positio q̄ dependet ex alia q̄ fuit negata vl' ꝯcessa. nō est admittēda. qz sup eo nō est ampli' q̄rendū. ar. ff. nau. cau. sta. l. licet. ne rñsioni sit ꝓtrarius sicut nauta ventū cōtrarijs nauigās. vt in auten. ō his q̄ ingre. ad sp. §. j. coll'. v. z. c. p tuas. de ꝓba. l. generaliter. C. de nō nu. pecu. Jtē positio impli'cita nō debet admitti ꝓpter p̄iculū periurij. ar. ff. de intro. act. l. de etate. §. qō autē. z. §. nihil. qz etiā iudex cauere ō bet ne sit āceps periurij. C. si aduersus vēdito. l. j. c. si ꝓo. ō infect' positionū est. q̄ eas ꝓfitet' habet' p ꝓcto. C. de ꝓfes. l. vnica. §. j. z positiōibz nō respōdēs habet' p ꝓfesso. c. fi. de iura. calū. ō ꝓfess. si post p̄stitū. li. vj. Jtē positōnibz vbi iuramentū est de veritate non pōt rñderi p ꝓcuratorē nisi sit cā vniuersitatis vl' ꝯuēt'. c. pītiū. de testi. pall. c. pastoralis. cū sua gl. de iudi. Jtē positionū vtilitas est. qz aliq̄s qō directe negat'. indirecte cōcedit' in toto vel in ꝑte. vt de iureiur. c. cū impositionibz li. vj.

Pollicitatio est solius offerentis ꝓmissio. ff. de polli. l. iij. Et differt a stipulatiōe. z a pacto. qō est duoz ꝯsensus atq̄z ꝯuētio.

Possessio ꝯm Azo. C. de ach̄. z reti. pos. ē corpalis rei detētio corpis z animi et iurisāmiiculo ꝯcurrēte. Uel sic. est ius qō dā q̄ alicui q̄s rē corpalem vere in ptāte hz. z dr corpalis rei ideo. qz sola corpalia possident'. Incorpalia aūt dicunt' q̄si possideri et q̄si tradi p patientiā z vsum. Hā incorpalia ñ possunt corpal'r apphēdi sic iura et seruitutes z ideo nō possident'. c. ꝓquest'. de fo. cōpe. in glo. ff. de vsucap. l. sequit'. §. si vina. ff. de acqui. pos. l. iij. in pn. et tñ p̄scribunt'. c. cū ecclesia. de cau. pos. Jdeo regula i sexto dicit sine possessiōe p̄scriptio nō ꝓcedit. et debet itelligi etiā de q̄si pos. z ibi hoc no. Jtē impossibile est plures eandē ecclesiā vl' bñficiū insolidū possidere. cg. licet. de pba. de elec. vt q̄s duas. li. vj. cle. si duobz. vt lite pē. vbi glo. vide etiā in. c. cū venissent. ō ꝓcur. z iō bñ dr detentio. qz res naturaliter tenetur ab eo q̄ corpal'r insistit ei. Jtē dr corporis z animi z iurs. qz hec tria vt q̄s vere dicat' possidere cōcurrere debēt. s. act' corpis affect' animi. z animinculuz iurs. Hā op' ē vt q̄s corpe adipiscat'. vl' saltē oculi. Sufficit em̄ plerūq̄z visus oculoz. et animi affect' cū volūtate tradētis qz ipse animi affectus necessari' est. nō aūt p se corpe aut p se anio possidet'. qz certū est possessionē solo aio amitti puta si q̄s se posse repelli suspicet' Jtē oportz q̄ ius approbet. Hā licz q̄s sacre rei vl' religiose corpe z anio insistat. nō tñ ō iure possidet. qz res sacra vl' religiosa nec ab ignorāte. nec a sciēte possidet'. z dicitur possessio. q̄si pedū positio.

Possessionuz alia est iuris tm̄. alia facti tm̄. alia facti z iuris simul. z hec interdū habet plus iuris. minus facti. interdum ecōuerso. vt no. de ꝓcess. ꝓbend. cum nostrs. et. C. ō acqui. pos. l. j. Jtē Du. de porta rauennata differentiā posuit inter possessionē vacuaz et vacantē. vt in glo. ij. C. vñ vi. l. fi. Et Jo. ibi reprobat. z fi. glo. ꝯcludit q̄ nō differūt Sed vacua siue vacans est q̄ a nemīe possidet animo vel corpe ꝓpter longū tēp' vel ꝑt' oblionē ex lōgo tēpore. z nota q̄ si q̄s

ꝓpria auctoritate posset ingredi possessionē alicuius rei. et accedēdo iudicē ab eo ipetrat licētiā ingrediēdi. taľ ꝑ statutū si oppositus caueať nō puniť. qz potuit sine auctorita/te iudicis. ḡ mlto magis cū eius auctoritate ingrediť. hoc colligiť ex glo. ꝙsi. in transitu. §. multis modis. insti. de lib. Jtē possessio ciuilis qñq; requiescit sup naturali vt si tu possides noīe meo. vel ꝑcario a me. Qñq; non requiescit. vt in vsufructuario meo q̄ naturalē hz possessionē ex iure. sz ego dñs habeo ciuilē rōne dominij nō requiescentē in naturali vsufructuarij.

Possessor bonoꝝ. Req. sup bonoꝝ possessor vt filius emācipat⁹. vl' agnat⁹ q̄ dicunť bonorū possessores ex bonoꝝ edictali z decreta/li. Hā statim vt habēt edictā et decretā possessionē ex ꝙ hñt interdictū decretū ad hoc vt cōsequanť hereditatis possessionē. Differūt heres z bonoꝝ possessor. vt supra bonoꝝ possessio. vñ aditis hereditatib⁹ heres nō desiderat auctoritatē iudicis. sed bonoꝝ possessor requirit auctoritatē z patientiā iudicis. insti. ō bo. pos. §. q̄s aūt.

Possessoriū iudiciū ē triplex. s. possessiōis adipiscēda. retinēda. recupanda. vt in. c. pastoral'. de cau. pos. i gl. iij. z vide. §. interdictū

Possidere natural'r ꝺr q̄s cū est in re vel eius pte. vl' saltē cū res est in cōspectu eius vt ipaz videat vl' ptem eius fm Azo. in sum. C. de acq̄. z certi pos.

Possidere ciuilit ꝺr q̄s cū nec est in re nec res in cōspectu eius. sed possessiōez solo aīo hz z rē de iure retinet. scz q̄ taľ sit psona in quā cadere possit hmōi possessio. vt no. Jo. an. in regľa sine possessiōe. li. vj. et allegat ibi iura Hā laici qñq; de facto possident decias z spūalia. vt no. bar. brix. xiij. q. j. i pn. et gl. magna. i fi. Hā aliō est possidere. z aliō legitie possidere. ō resti. spo. ad decias. li. vj. Et nota q̄ possessio ciuil' z naturalis sil'. vl' ciuilis tm̄ req̄rit ad pscriptiōez. sz naturaľ tm̄ non sufficit nisi aľs ciuilit possideret. vt tractat plixe Dy. in regľa sine possessiōe. li. vj. z est rō. q2 hñs naturalē tm̄ acq̄rit eā clā p introitū qñ dñs est absens quē credit si/bi q̄stionē mortuoꝝ. z sic male fide hz naturalē. ḡ nō pscribit. §. q̄ ad nūdinas. l. clam possidere. ff. de acq̄. pos.

Possidere claz est absente dño z fructuario exclusō clāculo possessionē ingredi. vt dominū possessione puet.

Possidere vi est violenter possidere.

Possidere ꝑcario est rē ad petitiōes vl' preces meas mihi cōcessam ad vsum possidere q̄diu patiť is q̄ cōcessit.

Possidere p indiuiso est aliquā rē ita possidere. vt nullā ptē in ea habeat ab alijs diuisam. vl' vt nulla sit ps quā possideat sepa tam siue diuisam.

Possidere p herede est ita possidere q̄ putat se heredē verū cum nō sit.

Possidere p possessore ꝺr ille q̄ ita possidet q̄ scit se nullā cām iustā possidēdi hre. vt si interrogat⁹ fuerit q̄re possideat vl' quō nullā rōem ptēdit q̄re possideat. sed dic possideo

Possidere ꝓpria dicunť immobilia eo q̄ reis pedibus quis insistit. vnd a planta venit ista possessio.

Possideť autē ꝺ iure q̄ iuste. ꝺ iuste q̄ bñ. q̄ aūt male possideť alienū est. Male aūt possidet q̄ male suis vtiť vl' aliena sumit. de ꝙ. sig. ius dictū est.

Possessorē facere causa rei seruande. aut in possessionē mittere est. ꝙbi gra. Lōtendisti talē fundū esse tuū et ꝓbasti. iudex p executorē suū mittit te in possessionē z facit verū possessorē. Jtē volui agere cōtra ꝺ. z eum vocari feci ad iudiciū z cōtemnit venire. z iudex mittit me in possessionē illius rei quaz petebā. nō vt fecit me possessorē. sz vt in fudo maneā tā rei seruāde et custodiēde. z rē illā tenebo donec ꝓbauero meā esse. z si aduersarius meus tādē tedio affect⁹ moueať. z de sua cōtumacia resipiscat. z mecū litē si velit aliq̄d dicere habebit. de hoc sup. mittere in possessionē.

Posse. i. debere. ff. de libe. z posthu. l. placet regľarit tm̄ ꝺ ti. ff. ō offi. ꝑs. l. sepe. cū sequēti de re iudi. nō quicq̄d. z. C. quō z qñ. iu. le. l. Et multis modis dicimur posse Vñ Pol. se quidē reb⁹ dant ius natura prās. Officium meritū q̄ntum diuina voluntas. De ꝺ vide gl. in. c. scisscitatus. de rescrip. z ibi cōcor. Nam posse dicimur etiā illud q̄ ꝺ licite z sine incōmodo nostro possum⁹. ff. de ꝺ. sig. l. nepos. pculo. in fi. simile de cōdi. illi. l. filiꝰ. q̄ in fi. ff. vbi tex. vt generaliter dicerim q̄ cōtra bonos mores fiunt. nec facere nos posse credendū est vt xxij. q. ij. faciat homo vbi etiā de mltiplici possessione. z Innoc. de cōcess. ꝓben. accedēs. et. ff. de re. iur. l. i cō demnatiōe. vbi glo. z. iij. q. vj. ꝺ q̄ppe. C. de legiꝺ. l. nō dubiū.

Post quādocz etiā notat statim post inchoationem. vt. l. ij. §. itē mutuū. ff. si cer. pe.

Potest necessitatē importat interdum. ff. de offi. pñs. l. sepe. z. l. sequēti. de hoc. ff. de iudi. le. nō potest. vbi plene. z est glo. in ꝟbo non potest. in regula beneficium. de regu. iurꝫ. libro. vj.

Postliminiū est ius amisse rei recuperande ab extraneo z in statū pristinum reducende. quā quis ꝓpter captiuitatē vel ꝑ seruitutez amisit. moribꝫ z legibꝫ institutū. vt colligit ff. de cap. z postli. reuer. l. postliminiū. j. rñsio. Unde ꝑ hoc ius recupat quis cū a captiuitate reuertit iura que amiserat et ipso reuerso fingit hoc ius ipm semp in ciuitate fuisse. Unde breuiter postliminiū est ius q restituit res vsucapta vel ꝑscripta ab aliq alicui quā ꝑ captiuitatē amiserat. xvj. q. iij. ꝓterea. Dicit aūt a limen z post. i. iuxta. q̄si iuxta limen domꝰ sue semp fuisset z posse disset. vel qz captus ab hostibꝫ. z vltra limina meri imperij deductꝰ postea intra limina reuertit. Nam sicut limina sunt ī domo que finē quendā faciūt. ita z imperij limīa veteres voluerūt esse. ꝯm Azo. C. de capt. z postli. reuer. z instit. q. mo. ius pa. po. sol. §. dictū aūt est postliminiū. Et dicit lex q oibus eque postliminiū est. nō solū his q pugnare possunt. sꝫ oibꝫ q eiꝰ nature sūt. vt cōsilio vel alīs modis vtiles esse possint. vt ff. de capti. z postli. reuer. z de voto. ex multa in glo. vj.

Posterior lex vel posteriꝰ statutū. rescriptuz vel pactū derogat ꝓri quādo cōcurrunt. Uerbi grā. Lex ꝑcedit z lex ctraria sequit tūc ꝓr tollit. etiā de ea nō facta mentione. le. nō est nouū. z. l. sed z pastores. ff. de legi. dū dicit lex. Licet ctrarie sint. de ẖ. ca. j. de ꝓsti. li. vj. Rō est volūtas ꝓdentis legem Et sumit significatū ex scientia ꝓris legꝫ. z cō trarietate posteriꝰ. nā ꝓdens posteriꝰē scit etiā ꝓrem. qz ꝓnceps habet omia iura in scrinio pectoris sui. c. j. pal. z. l. omniū. testamētoz. C. de testa. Ideo ꝓdendo posteriꝰē ctrariā. videt tollere priꝰē. qz si vult valere illā. vult valere nō istam illi ctrariā alias esset incōpossibilitas. Et hoc colligitur rō cur tam varie rescriptū posteriꝰ non reuocat ꝓus. nisi exꝑsse fiat de ꝓre mētione. z tamē ꝓstitutio posterior etiā nō faciēs mētionem de ꝓri. tñ derogat ei vt hic dicitur qz ꝓnceps ex certa scīa ꝓris ꝓstitutōis habens iura in pectore suo recluſa ꝑsumitur scire ꝓrem. z facere posteriꝰē. Sed quia rescripta cōtinent facta que nō sunt in pectore ꝓncipis recluſa. qz factoꝝ omniū habere memoriā. z in nullo deficere diuinitatis est potiꝰ cz humanitatis. C. de vete. iur. enucle. l. j. §. j. si quidē ergo ꝓnceps nō ꝑsumitur ꝓscius ꝓmi rescripti ꝓdēdo scōum. vt dic̄ Boff. in sum. §. derogat. de ꝓsti. Dz vbi ꝓsuetudo in aliquo loco vl statutū municipale ꝓcedit. z lex ꝓncipalis generaliter se/quitur. ꝓtraria certe ꝓus nō tollit. c. j. in secundo dicto. de ꝓsti. li. vj. quia non apparet ꝓncipē scire illā ꝓsuetudinē vel statutū illō imo verisimile est eū ignorare cū et alieno facto inducat. Ideo nō potest ꝓcludi ipm tollere voluisse. qđ verisimile ignorabat. obtinebat q̄ lex illa locū tantū in nō cōtrarijs ꝓri ꝓsuetudini vel statuto. vt. c. j. ꝓal. Sed si in lege tali posteriori cauet cz vale at generaliter z spēaliter: nō obstante q̄cūcz statuto ꝓtrario vel ꝓsuetudine. tūc tollit ꝑ oz ꝓsuetudo vel statutū. ar. l. si q̄s ī dubio. ff. de lega. iij. iuncta. l. quotiēs. z. le. rescꝑta C. de ꝑci. impa. offe. Et est rō ex tenore posteriꝰis legis. qz clare patet in posteriore tollere velle ꝓrē ꝓsuetudinē vel statutum licet ignorēt

Posthumus vel posthuma dicunt q vl que post humatiōem. i. postcz pater datꝰ est humo nascit. Improꝑe autē quilibet ōz posthumus. q nascit post testamētū ꝯm Azo. C eo. ti. Posthumus etiā ōz nepos q posthumationē animatꝰ est. ꝓpio patre supstite. et ille. ꝓprie ōz nepos posthumus

Postulatio. est alicuiꝰ ꝑsone ad dignitatem vel societatē fraternā canonica facta vocatio. vel ꝑsone ad eligendū petitio. que eligi nō potest. Uel sic ꝯm Boff. Est grē petitio vt cū ex gratia petit aliquē ineligibilem licenter eligi. Et est duplex postulatio. scz solennis. que est alicuiꝰ inabilis aliter cz ꝓpter crimē a supiore ad bñficium vocatō. z admissionis petitio. vt in. c. vnico. ō postu. ꝑla. li. vj. Et ẖ ꝓfirmata hz vim electionis Alia nō solēnis est petitio facta a superiore vt tollat obstaculū aliqō eligi z ad bñficium acceptādi illā ꝑsupponit electiōem añ vel ꝓst fieri. vt monachꝰ electꝰ nō pōt consentire sine licētia sui abbatis. z sic postulatio licentie ab abbate nō ōz solennis. ergo

postulatio solū est inuēta ꝓpter incapaces. vt illegitimos ⁊ nō sufficiētis etatis. vel ꝓ bñficiatos. Hā q̄ capax est dignitatis nō debet postulari sz eligi ḡre postulatio nō multum differt ab electōe. Et nota q̄ postulari debēt ⁊ nō eligi sextuplices psone. Prīo archiepūs ad aliū epatū. de postu. pla. bone Secūdo epūs ad epatū vl aliū archiepatū c. ⁊ si vnanimit. e. ti. Tertio laici ad dignitates. lxj. dis. Hius. Quarto clerici in minoribus ordinibus ꝓstituti. c. ꝓterea. de eta. ⁊ q̄li. Quinto illegitime nati. de elect. innotuit. Sexto q̄ nō est ī etate legitima ꝓstituti. de elec. cū in cūctis. ⁊. c. cū nobis

Postulare vl aduocare est aliquē desiderium suū. vel amici sui coꝝ iudice. vl apud eū q̄ iurisdictioni pest in iure exponere. vel alterius desiderio ꝺicere. ff. e. ti. l. postulare. ⁊. iij. q. vij. §. tria. ꝙ. est aūt. ⁊. C. de pcul. l. j. ⁊. C. de postu. l. ij. ⁊. c. cū sacerdotis. de postula. in glo. iij. vñ ꝓtor inq̄t q̄ nō habet aduocatū ei dabo. ff. de postu. l. j. §. ait ꝓtor. ⁊ intelligit si habere nō pōt. Dabit eīm feminis pupillis debilibus ⁊ his q̄ sane mētis nō sunt. vel ꝓpter potentiā aduersarioꝝ aduocatos inuenire nō pñt. ff. de offi. pcō. l. nec q̄cq̄. §. vlt. ⁊ hoc p salariū ꝙuento a pte vel statuto a iudice iuxta facundiam aduocati modū litis ⁊ fori ꝙsuetudinē quātitatē nō excedēte. vñ aduocare ⁊ salariū recipe ꝓ aduocādo bñ licet. xj. q. iij. nō licet. xiij. q. v. ñ sane. vbi Aug⁹ ad macedoniū inq̄t. Nō ꝺz ideo iudex vēdere iustū iudiciū. aut testis verum testimoniū. q⁊ vēdit aduocat⁹ iustum patrociniū ⁊ iurisperit⁹ verum ꝙsiliū. licet Guil. dixerit ꝓtra q̄ nihil possit recipi p iusto patrocinio. vt no. in. c. nō licet. pall. Itē aliqui phibent postulare p edictū prętoris Uñ versus. Nō cuicūq̄ dat vt postulet. id est. aduocet. imo vetat. Addict⁹ pene. funi puer. actoꝝ arene. Luminibus cassus mulier muliebria passus. Caueāt aduocati postulātes ne causas disperatas assumāt. ⁊ si forte a ꝓncipio assumpserint ignoꝝāter cū deuicio cause patuerit cessent ⁊ salaria iaz recepta restituāt. C. de iudi. l. rē nō nouā. Et nota q̄ quattuor sunt obseruāda aduocatis Primo vt cause qualitatē examinēt. ⁊ iustā si voluerint assumāt. iniustā ꝙo repudient Secūdo vt modestiā veritatē ⁊ legalitatē seruēt in aduocādo. Tertio vt salariū ꝙuenies petāt. Quarto vt nec ꝓncipio ꝙuenient de certa pte litis vl cū graui dāno litigatoris. nec post ceptā litē vllū pactū ineāt cū eo quē in ꝓpria fide receperūt. fm Boff. in summa

Potestas q̄ntq̄ modis accipit. ff. de ꝙ. sign. l potestas. Itē potestas q̄ntq̄ capit in femineo genere. vt. c. fi. ꝺ iudi. ⁊ sic capit substātiue in abstracto ⁊ addit ei adiectiuū. vt ibi florētina potestas. q̄ntq̄ ī masculino genere vt. c. tua. de homi. ⁊ sic sumit ꝓcretiue significās officialē ciuitatis habentē iurisdictiōz vel potestatē ꝓmo mō dictā. ⁊ sic ītez addit sibi ꝓnomē possessiuū dicēdo noster vel vester potestas.

De Pr

Pragma grece ꝺz latine causa. vñ pragmata negocia dicūt. inde pragmatic⁹. i. causidicus. vl actoꝝ negotioꝝ ⁊ causaꝝ fm Jsi. li. v. ⁊. x. q. ij. Hius pozrectū. in fi.

Pragmatica sanctio ꝺz causa ī ꝙstorio ꝓncipis vētilata coꝝ ꝓceribus sacri palatij. et ē ꝙstitutio quā impator ꝙsilio ꝓcerū statuit seu sanxit. Q̄ntq̄ etiā ꝺz cōfirmatio in scriptura facta ab impatore cū cause cognitione sup ꝓtractu ꝓmutatōis. vt. c. j. de re. permu. in glo. ⁊ pragmaticū sacrum est principis rescriptū. vt in. ca. fundamena. de elec. libro. vj.

Pragmaticarij sūt q̄ scribunt pragmaticas sanctiōes. ⁊ alio mō dicūt scriniarij. vl magistri scriniorum vl scriniorum memoriales. eo q̄ adeptā scripturā sanctionē in scrinio posita custodiebāt ad memoriā

Prebenda est ius ꝓcipiendi ꝓuentus in ecclesia collegiata ex actione prouenientes cōpetēs alicui tanq̄ vni de collegio q̄ ius ex canonia descēdit. nō debet eīm canonic⁹ sine ꝓbenda esse. vt in. c. relatū. e. tit. ⁊ ꝓcedit ex institutōe ⁊ officio. q⁊ ex ꝺ q̄ facit q̄s officium ꝺz ꝓcipe ꝓbendā ⁊ bñficiū. sed canonia ḡre sup ꝺe. C. vt in. c. cū. m. ferrarien. de ꝙsti. in glo. vj. Itē ꝓbenda q̄ntq̄ capitur large p iure q̄ ꝺ alicui nō tanq̄ de collegio sed rōe ministerij officij pauptatis l vtilitatis ꝓcedit vtendo ⁊ fruēdo in vita sua certis redditibus ecclie vt redditibus q̄s canonici recipiūt vel alij. de tali habetur in. c. quia nōnullis de magistris. xvj. q. j. possessiones. ⁊. §. illō. Et laici maxie nobiles hñt tales ꝓbendas fm Lōpo. in. c. cū. m. ferrarien. pal.

Precariū fm Azo. ço. ti. in sum. est id quod

PR

preciby vtendū ꝯcedit petēti tamdiu ꝙdiu patitur q̄ ꝯcessit.sz ꝑm Goff.in sum.e.ti.est illud pign⁹ obligatū creditori. ꝛa creditore ipi debitori ꝯcessum ꝛ vtendū ꝙdiu patitur ꝛ ꝓmittit q̄ ꝯcessit. vt est text⁹ in.l.j. ō ꝑ ca.ff.vbi dicit Vulpian⁹. q̄ hoc gen⁹ libertatis ex iure gentiū descēdit. Et subdit ibidem. Differt aūt p̄cariū a donatōe. quia q̄ donat sic dat vt nō recipiat illud qō dat. sz qui p̄carium ꝯcedit ꝑmo sic ꝯcedit vt recipiat qñcūq; placebit. Vel p̄cariū est ꝯctus inter dñm ꝛ colonū. ꝛ est ꝙtract⁹ gratuitus ꝛ similis cōmodato in tantū vt quidā dicerent hos cōtract⁹ nō differre nisi ꝑbis. q̄ tñ etiā differūt re. Nam licet in multis ꝯueniant p̄cariū ꝛ cōmodatū. differt tñ p̄cariuz a cōmodato. nā cōmodatū fit ad certū vsū nec potest reuocari vsu expleto. p̄cariuz ꝙ quādocūq; placuerit potest reuocari. Itez p̄carium quādoq; ōr ꝙtract⁹ de q̄nquēnio in q̄nquennū reuocādus. Et si quinquennio elapso sub taciturnitate p̄tereat. tunc reuocari intelligit talis cōtractus. ōr autē p̄carium ideo quia est cōtractus ad preces factus

Precaria ꝑba sunt hec. rogo. volo. mando. fido. cōmitto. iubeo aūt p̄ceptiuū est. C. cōmunia delega. l. ij. in ꝑn. mādo qñq; ē ꝑbū p̄cariū. ar. ij. q. iiij. mādastis. vbi epūs mandat pape. qñq; tñ mādo ponit p̄ceptiue. sic etiā rogo. vt. xj. q. iij. rogo qñq; mandatiue vt. ff. de neg. ge. l. si mei rogatu. i. mandato suscepistis. Itē qñq; dēpcatiue. ꝛ sic vt frequētius ponit

Precaria ōr donatio ad p̄ces facta vsq; ad mortē recipiētis. xij. q. ij. sepe. xvj. q. iij. cleri ci. ꝛ est ꝙtract⁹ ille affinis emphiteosi. Itez p̄carie dicunt quedā p̄statōes seu ꝯcessiōes vsufruct⁹ ad p̄ces facte in recōpensationez et⁹ ꝓprietatis q̄ dat eccie: cui⁹ forma habet x. q. ij. p̄carie

Preceptū. Require supra Mandatū

Preco est q̄ apud acta aut ī ciuitate publice ꝓclamat vel. pnūciat aliq̄d faciendū vel dimittendū ꝑ quē plerūq; fiebat edictoꝝ narratio. i. recitatio ꝛ publica in ius vocatio ꝛ citatio alicui⁹ matrimonij vl rei vendende nūciatio ꝛ subsistatio

Precise ꝑm cardinalē in rescriptis tantū valet sicut absolute ꝛ sine cause cognitiōe. vt de heret. c. ō xpianos. li. vj. Et dic cardinal' si ponit in statuto opa' vt ipm non tollat ꝑ sequēs statutū in causa in quo sublatū fuisset si nō apponeret. Et dat simile de iuramto apposito in. le. si q̄s. in ꝓnci. ff. de lega. iij. Bal. aūt dicit q̄ nō valeat p̄cise. i. sine cause cognitōe. qz sic text⁹ esset supflu⁹. in. ca. ij. de rescrip. vbi ponit exp̄sse p̄cise ꝛ etiā sine cause cognitōe. Saluādo tñ ꝑmū dictum ōr q̄ ille text. ponit declaratiue vl expositiue. ꝛ ꝑ id est. qō dictū magis placet doc.

Precipiciū fit sine modo. ꝛ cū periculo. ō sepul. ex pte. ꝛ ꝑm Jo. an. in cle. pastoralis. ō re iudi.

Prediū ōr fund⁹ vl ager. Re. s. Ager

Prediū vrbanū ꝛ p̄diū rusticū Require ibidem. ꝛ etiā actio finiū regūdoꝝ

Prediū dotale ē q̄n ista duo ꝯcurrūt sc̄z q̄ matrimoniū ꝙtractū est. ꝛ traditio p̄dij interuenit ꝑm Azo. ō fun. dota. C. in sum.

Prediū canatū ꝑm Jo. ꝛ Accur. C. e. ti. ī rubri. fuit p̄diū in q̄ fuerūt cellule. vñ canat⁹ id est. cella. nam cana grece cella ōr latine. Vel aliter erāt tūc p̄dia scripta vt redderēt inter cellulas ꝑm Azo. ibidē li. xj. ꝛ eoꝝ coloni dicūt canati. vl dñici coloni. qz dicta p̄dia erāt in pratis

Prefect⁹ august⁹. vl augustal' ōr p̄fect⁹ egypti. vt. ff. ō offi. p̄fec. augusta. l. vna. C. e. ti. l. qz imp̄atoꝝ. nā imp̄ator marim⁹ august⁹ in egypto ꝓmo p̄fecti potestatē introduxit.

Prefect⁹ ꝓtorio ab initio magister eq̄tū creat⁹ est cū dictatores sibi antiq̄t⁹ magistros militū eligerēt q̄ ꝑncipali solicitudini associati summā p⁹ dictatores gerebāt ptātem ℞ exēplo ꝓncipes ad q̄s gubernaculum rei publice ꝯuenit postea elegerūt p̄fectos pretorio q̄b⁹ publice disciplīne emēdatio concessa est. q̄z auctoritas ita est āpliata ꝛ ad⁹ approbata vt nec ab eoꝝ sentētijs appellari. nec in integꝝ restitutio facile possz postulari. Et erāt q̄ttuor. s. p̄fect⁹ ꝓtorio oriētis. p̄fect⁹ ꝓtorio affrice. cui⁹ sedes ē in carthagine. p̄fect⁹ ꝓtorio illustri. ꝛ p̄fect⁹ vrbis. ff. ō offi. p̄fec. ꝓto. l. j. ꝛ ibi no.

Prefect⁹ vigilū idē est q̄ prefect⁹ nocturnus Hoꝝ aūt officiū est ō nocte facere excubias. p̄fuerūt q̄z incēdijs arcēdis. q̄ etiā cauebant. inq̄rebāt. ꝛ puniebāt incēdiarios. fures. grassatores. effractores. nisi delinq̄ns esset tā famosa ꝑsona vt ad p̄fectū vrbis deberet mitti puniēda. poterant etiā iudicare de capsarijs. q̄ in balneis vestimēta custodienda suscipiūt si aliq̄d dolo fecerūt. vt. ff.

de offi. pfec. vigi l. ij. §. cognoscit

Prefect⁹ annone dicebaꝫ q̄ de annona. i. de blado curā habebat. Re. supra Edict. cerat.

Prefect⁹ vrbis dicebaꝫ cui ab imperatore cō cessa est vrbis admīstratio. q̄ ceteris magistratib⁹ ex quacūq; cā ab vrbe pficiscētib⁹ z recedētib⁹ in vrbe relictis ius dicebat z oī bus dignitatib⁹ in ciuitate añcedebat sua dignitate. q̄ cū ab vrbe pgrediebaꝫ nō būit iurisdictōnē. quā pbere tñ potuit i ciuitate Bz fm azo. C. e. t. etiā extra vrbē intra cētesimū miliare hz iurisdictiōem. vide ō offi. pfec. vr. p totū

Preiudiciū est q̄si quedā platio vel ppositō siue plocutio vni⁹ rei respectu alteri⁹. Haz aliq̄d piudicari alteri est illud illi pferri. tñ ꝑ verbū piudicare alteri⁹ modi ꝺstructiōz z ampliorē significatiōz hz q̄ꝑ ꝑbū pferre Dr̄ em̄ psonaliť expria ꝺfessione. i iudicio mihi piudicaui. i. pfitēdo mihi ipi i iudicio piudiciū feci. Hoc em̄ piudiciū nō significat cōmodū meū esse factū. sz incōmodum vt si index nō sequaꝫ veritatē. sz meā ꝺfessionē. ita ōz res iudicata ꝑitati facere piudicium nō vt ꝑitas rei iudicate piudicet. i. ꝑponaꝫ. sz res iudicata ꝑitati. piudicare igiť est alicui aliq̄d pponi. z sic dicim⁹ rē iudicata tā veritati facere piudiciū. i. ei q̄ piudicādū est dato q̄ nō sit vez. nā dato q̄ ita nō sit sic iudicatū est. tñ pponiť ꝑitati.

Preiudiciales actōnes p tāto dici pñt q̄ in ipis tractaꝫ de magno piudicio. vel q̄ q̄sti oni mote piudicāt. Uerbi gra. Agis ꝺ me z aliq̄d petz. oppono tibi q̄stionē statꝰ. dicēdo q̄ tu es filiꝰ meꝰ vl̄ fuꝰ meꝰ in ptāte mea ꝺstitutꝰ. aut libertꝰ. z sic de ꝺsiliꝫ

Prepositꝰ pōt dici q̄libz q̄ alijs pest. vsus tamen obtinuit vt ppositus dicať q̄ q̄ndam pozatꝰ curā sup alios gessit. ꝺ. sig. q̄uis

Prepositi labaꝝ alꝫ laboꝝ vl̄ fm aliq̄s labioꝝ a labijs dicūť. q̄ forte corrigebāt eos q̄ male de pncipe loq̄bantur. dicūť aūt labarū a signo bellico q̄ fec̄ fieri Cōstātinꝰ ex auro z lapidib⁹ pciosis inť alia sig̃ bellica. z deriuaťa laber. q̄ g̃ talib⁹ faciēdis ppone bant. dicebant ppositi. vt sup

Prepositi sacroꝝ scriniorꝝ erāt illi q̄ preerāt scrinijs iperialib⁹ q̄ alias dicebāť primi eo q̄ magꝫ pncipi approximabāt q̄ alij. Tria aūt erāt scrinia siue camere. de q̄b tractať C. e. ti. li. xij. Primū scriniū erat camera epistolaꝝ q̄ pncipi mittebāť vl̄ ab eo mittebāť

Secundū fuit libelloꝝ ꝺuētualiū z ꝺuentionaliū z cognitionū vel ꝺuentionū. Tertiū erat dispositionū. z ē registꝝ fm Accur. in rubri. e. ti. l. j. pal.

Prerogatiua idē est qꝺ ꝑilegiū. de q̄ infra dicetur

Precentores dicunť cātores q̄ in choro ici piūt in eccia collegiata. in. c. cū olim. de cōsue. Et dicūť duo genera cantoꝝ i arte musica. s. ꝑcentor q̄ vocē in cātando ꝑmittit. et succētor q̄ subsequēter canēdo rñdet. z additur cōcentor q̄ ꝺsonat ꝺdictis. vt. xxj. dis. cleros. ꝑ. finem

Preses est nomē generale ad oēs pcōsules z legatos cesarꝫ z oīm puinciaꝝ rectores siue moderatores. vt. ff. ō offi. ꝑsi. l. j.

Preses puincie ōr q̄ in puincijs pⁿ pncipes summā gerebat ptātē. Nam regna redacta erāt i puincias q̄ꝝ rectores dicebāť ꝑsides z fūt clarissimi vt baliui. z sic ꝓprie capiť sine stricte. sz generaliť sumiť vt sup

Presentes dicūť q̄ in eadē sunt puincia. l. fi. C. de pscrip. xxx. annoꝝ

Presertim poniť aliq̄n in iure ꝑ maxie. vt. c. ex lris. ij. de homi. aliq̄n ꝑ tm̄. vt ibidem in glo. de pe. di. xij. c. illud. vbi bo. glo.

Prelati noie itelligiť eccia z misteriū ppli. z eccia est in epo. z nō ecōuerso. nō tñ noie ꝑlati sp intelligiť eccia. vt in. c. edoceri. de rescrip. in glo.

Propere ꝓprie. i. nimis cito

Presbyter grece iterpťaťr senior latine. et est nomē dignitaťs nō etaťs tm̄. licet alibi dicatur nomē etaťs. xcij. di. legim⁹. nā ꝑt honorē z dignitatē quā accepit ꝑsbyter noiať. et ōr q̄si prebēs iter. z nō vt q̄dā interpretant quasi pre socijs bibēs ter. de ꝺ. xxj. dist. cleros. post mediū

Prescriptio fm Bof. C. e. ti. Est q̄ddam ius ex tpe substātiā capiēs. i. firmitatē. Et habz locū in reb⁹ imobilib⁹. z ꝺ diffinitio impugnaťab alijs. nā ex pscriptōe nō cōpetit ius sz exceptio. Uñ sic diffiniť. Prescriptio est exceptio rei ex tpe subam capiēs. q̄ diffinitio etiā ab alijs impugnaťqz pscriptio nō capit subam ex tpe. sz ex auctoritate legū. Jō prescriptio ab alijs sic diffiniť. Est exceptō rei ex tpe ꝺgruēs ab auctoritate legū vim capiēs negligētib⁹ penā infligēs. z finē litibus ꝑponēs q̄ oīno magꝫ videť cōpleta. Inducit aūt prescriptoz. bona fides. iustꝰ titulus. ꝺtinua possessio. z sine rei vicio. sez q̄ꝫ

res sit ꝑscriptibilis ꝛm Bof. Et nota bonā glo. vlt. in. c. illud. de ꝑscrip. vbi habes q̄t modis fiat interruptio ꝑscriptōis naturali ter ⁊ ciuilit. vñ habem⁹ dozmitōem. ppetuationē ⁊ interruptiōem ꝑscriptōis. Et reḋrunt ser ad ꝑscriptiōem si valere dz. s. titulus. possessio. bona fides. res ꝑscribēda. ꝑsona prescribēs. ⁊ ꝑsona ɔtra quā ꝑscribit inter que possessio ⁊ bona fides sunt materie substātialia vt no. in. c. illud pal. Et sūt xxx. casus in q̄bꝫ nō currit ꝑscriptio q̄s habes in glo. fi. c. cū nō liceat. ó ꝑscri. vide etiam glo. sūme. xxj. q. iij. de vsu. ⁊ ꝑscrip. Itē ꝑscriptio est lōgi tpis ɔtinuata possessio inter pītes. x. annoz. int absentes. xx. annoz C. de ꝑscrip. x. vel. xx. an. l. vlt. Alia ē ꝑscriptio lōgissimi tpis. s. xxx. vel. xl. annoz. et illa ór lōgissimi tpis. Vñ cū aliq̄s rē aliquā tāto tpe possederit ipam possessiōis diuturnitatē ⁊ tpis ɔtinuatiōz ꝑscribit ⁊ actorem remouet siue p viz siue alit siue titulo nactus est post sessionē vel alio q̄cūq̄ iniusto ꝓncipio Sz diceres ex hꝭ videt q⁹ decime a laicis ꝑscribātur diuturnitate possessionis ⁊ ɔtinuatōe tpis. Rñ. notādo q⁹ seruitutes ⁊ alia iura incoꝛpalia bñ ꝑscribūt spacio. xl. annoz. dū tñ talia sint q̄ ius cōe ñ vetat possidere. alias q̄ possideri nō pñt de iure non ꝑscribunt. vt sic decime p laicos. vt. c. ꝓbibemus. de deci. et q̄ colligit ar. ꝯ laicos volētes se tueri ꝑscriptōe tpis. vt pñt decimas possidere. vide. c. puenit. de censi. vbi glosa eccl'ia ꝯ eccl'iam gaudet ꝑscriptōe. xxx. annoz si sine interruptōe possideāt monasteriū gaudet ꝑscriptōe. xl. annoz. nec minoz exceptio religiosis domibꝫ opponi pt cū effectu ⁊ romana eccia centū annoz gaudet. tiqua iura. ꝛ mō. xl. annoz tollit omnē actionem. ⁊ ome ius. c. auditꝫ. de ꝑscrip. sed nō currit tpe scismatꝫ. eo. ti. cū nobis. nec sede vacāte. c. ó q̄rta. ⁊. c. decie. ⁊ auditꝫ. e. ti. nec etiā tpe hostilitatꝫ. c. ex trāsmissa. e. ti. Et iaꝫ nec currit ꝯ visitatiōz epoꝝ ⁊ pcuratiōem debitā. c. cū ex officij. ⁊. c. cū accedēs. e. ti. et est introductū ꝓpter desidiā ius suū negligentiū. ⁊ qui possunt ꝑscribere ⁊ qui non ⁊ etiam que res nō possunt ꝑscribi no. in. ca. cū nō liceat. e. ti.

Prescriptis ꝓbis ór ɔtract⁹ innominatus. ⁊ fallit q̄n est factū inestimabile vt manumissio. qz libertas iestimabil' est. ⁊ tūc dat actō de dolo. vt in. l. dedi tibi. ff. de ꝓdit. ob cau. da. ⁊ le. natural'. §. q̄d si facio. ff. ó ꝑscri. nec inde nascit ciuil' actio. q̄ ꝑscriptꝫ ꝓbis ór. ó qua sup̄ Actio ꝑscrip.

Relegare eſt aliquē in inſulā vel in aliꝗz locum mittere vt ibi ꝓpter delictum aliqđ qđ cōmiſit morā ad tps faciat ſcz ꝑ q̄nquēniū z eſt q̄ſi bānire. z đz ſe in loco tali a delictis abſtinere. alioq̄n pena augmētať vl ꝓpetuatur. vt. ff. de pe. l. relega. in ꝑn. z tacite non adimunť bona niſi exꝓmanť in ſnīa. vt. ff. đ interdic. z relega. l. relegatoꝝ. §. ad tempuſ z ſi adimať ꝑs bonoꝝ iꝫ in ſum. C. de re. alie. cau. moꝛ. l. ſi q̄s. §. ſi accipiť. qđ nō đz fieri. Si tñ lata fuerit ſnīa. vt. d. l. relegatorum

etiã ad tps deportat⁹ nudus exulat. vt. ff. ō capi. dimi. l. tute. §. j. ⁊ de re iudi. l. ea sola. ⁊ C. de pe. deportator.

Relegatio est deportatio. q̃uis ꝑtie capiendo differãt. q⁹ relegatio fit ad tps. deportatio in ꝑpetuũ. vide de ℔. ff. de interdic. ⁊ rele. l. relegator

Religiosi sunt q̃ vitã regularem pfessi sunt. Et large dicunt religiosi q̃ in ꝑtĩs dominibus religiose viuũt. q̃uis nõ sint pfessi. vñ tria substãtialia vite regularis pfiteri debet religiosus. s. obedientiã. castitatẽ. custodiã ⁊ ꝑfectaꝫ abdicatiõem. vt. xij. q. j. nõ dicatis. xix. q. iij. q̃ ingredientib⁹. nec in his dispensandũ est. in. c. ad monasteriũ. ō sta. monach. in fi. nã pfessio est solẽnis ꝓmissio religionis in q̃ ꝑdicta tria ꝯcurrũt. ⁊ religiosi siẽt alij ꝑlati phisicã ⁊ leges ñ legãt neq; audiãt. ⁊ si ꝯtra fecerint ipso iure sunt excõmunicati. c. non magno. ⁊ ca. sup specu. ne cle. vel mo.

Religio ꝓncipaliter ordinata est ad opa vite ꝓtemplatiue que in oꝛõe ⁊ studio ꝓsistũt. ⁊ secũdario est annexũ opus manuum. ſm Joh. an. in. ca. sane. de regu. in nouella. Et que religio sit maioꝛ. subdit idẽ Jo. an. dicens. Oporter ꝓncipaliter maioritatẽ ordinum attẽdi ex ꝑte finis. secũdario aũt ꝓpter exercitiũ. nã finẽ querim⁹ ꝓpter se. ⁊ exercitium nõ ꝓpter se. s̃z ꝓpter finẽ. Ex quo seq̃tur illã religionẽ maiorẽ que est ordinata ad finem absolute potiorẽ. vel q⁹ illud est maiꝰ bonũ ad q̃ ordinat vel q⁹ ordinat ad plura bona. si vero vtriusq; religionis sit idez finis attẽdit ꝑeminẽtia secũdario: non ſm quantitatẽ exercitij. s̃z ſm ꝓportionem eius ad finẽ intentũ. Unñ beat⁹ Anthoni⁹ i collationib⁹ patrũ ꝓtulit discretionẽ p quã q̃s omnia moderat in ieiunijs. vigilijs. nuditatib⁹. elemosynis ⁊c. Nã illa q̃ sine discretione fierẽt facile annexũ haberẽt deficiendi periculũ. de quo in. c. nõ mediocriter. de cõ. dis. v. quia nõ sunt religiones potiores. ideo q⁹ hñt obseruãtias artiores. sed ex eo q⁹ obseruãtie sũt ordinate cũ maioꝛi discretione ad suũ finẽ. Hoc declarat abbas mo lic. meditatiões scripturaꝝ. nuditas ac ꝓfectiõis instrumẽta deseruiẽtia ad essentia rei religionis q̃ tria sunt vt dictũ est. Nam miſi phi. vt socrates ⁊c. diuitias ꝓtẽpserẽt. nõ tñ ꝑfecti fuerũt nisi secuti fuissent dñm sed est ꝓprium apl̃oꝝ ſm beatũ Hieron. i omelia sup euãgelio. Ecce nos reliquim⁹ omnia

Religiose dom⁹ sunt dom⁹ ⁊ monasteria xpiane fidei. ⁊ alia siꝛia pia loca ad pios vsus religionis deputata quocũq; nõie censeãt Et ſm Bof. religiose dom⁹ dicunt mõasteria. tẽpla. hospitalia. ⁊ alia loca. vt ꝫ. in. c. ō cenodocheis. e. ti. ⁊ C. de epi. ⁊ cle. in le. oꝛphanotrophos. ⁊ l. oĩa oratoꝛia. etiã illa q̃ aliqui ex deuotõe in ꝑtĩs domib⁹ epi auctoritate ꝯstituunt loca religiosa sunt. vt. xlij. dis. oratoꝛium.

Religiosus loc⁹ est in quo moꝛtu⁹ sepult⁹ est vel etiam caput ei⁹. vt. ff. de reli. ⁊ sump. fu. p totum. vnde moꝛtuo illato in ꝑdiuꝫ ipm religiosum ꝓficit ⁊ pignoꝛi obligari nõ potest. C. que res pig. ob. poss. l. j. potest tñ ius vel vsufructus talis ꝑdij pignoꝛi obligari vt ven. ⁊ no. ibi. fa. l. quid ergo. §. s̃z si moꝛtuũ. ff. de le. j.

Remissio est cause cõmisse ad ꝓmittẽtem facta missio. Item quãdoq; significat idẽ q̃d indulgentia ſm Specu. ⁊ sic sumitur in ti. de pe. ⁊ re.

Remuneratio nõ fit ſm opa. s̃z q̃ ad intentõnes. nã de⁹ nõ remunerat bonũ qđ fit. s̃z bonum qđ bñ fit. Jõ ōr q⁹ de⁹ nõ est remuneraꝛ nominũ. s̃z aduerbioꝝ. vt de collu. c. j. vbi glo. neq; ad actus de⁹ respicit. sed ad coꝛ. ⁊ ad spontaneas volũtates. xv. q. vj. c. j in fine

Renũciare est remittere vl̃ negare. Re. sup. lex acquilia. vñ ōr liberuꝫ est vnicuiq; iuri suo renũciare. i. remittere ius suũ ⁊ negare eo se velle vti. vt in. c. ad apostolica. ō regula. ⁊. vij. q. j. q̃ periculosum. de fo. compe. si diligẽti. nõ potest tñ q̃s renũciare iuri suo. cũ ex sua renũciatione etiã iuri alteri⁹ ꝑiudiciũ generet. ne bis p que deo ⁊ boĩ obligatur vt votis pollicitationib⁹. iuramẽtis ꝓuentionib⁹. compꝛomissis ⁊ matrimonio q̃uis iuri exigẽdi debitũ bñ renũciare possit. c. q̃dam. de ꝓuer. ꝓiuga. Item renũciãs beneficio nõ potest illud repetere. c. sup ℔. de renunci. nisi vi vel metu renunciauerit tũc ipm nõ amittit. vt. c. ꝓpri. ꝑalle. ⁊ ca. accepta. de resti. spoli. ⁊ potest quis renunciare beneficio ꝑsonali nõ illi q̃ est collegio indultum de pacto nõ facto. vt de ℔ in. c. si diligẽti. ꝑal.

RE

Renunciatio ꝓprie.est rei vel iuris ſpōtanea refutatio.z pōt fieri p illū ad quem ptinet illud cui renūciat.alias generaliter renūciatio pōt fieri p quēlibz de re ſua vl̄ in re ſuo ꝓprio.vt.vñ.q.j. ꝯ piculoſum .C. de pac.l.ſi q̄s in ꝓſcribēdo.c.ad aplicā.z.ca.ſi diligēti.palle.

Repetitio capit in iure p reacceptōe in teſtamēto vel ſubſtitutōe heredū.vt dū querit de receptiōe emolimēti.oneris.cōditiōis.modi vel alterius qualitatis z ſignificatur eodē modo quo ꝓbabiliter ſignificari conducitur. Uerbi gra Teſtator heredē inſtituit q̄ legata ab eo reliquit z vulgariter ei ſubſtituit.ibi repetitio facta cenſet a ſubſtituto.vt in.le.licet.ff.de lega.j.z ratio ſumit ex volūtate in ſubſtitutōne. Item ibi teſtator heredē inſtituit titio z ab eo noīe ꝓpe legata reliqt vulgariterq; ei ſubſtituit: ibi nō cēſetur repetitio facta a ſubſtituto.vt.l.j §.ad quid ibi nominatim.ff.ad.l.fal.ꝺ hoc vide no.in.l.licet.palle.p Bar.vbi multos ponit caſus

Replicatio ſm Spe.eo.ti.de excep.§.multum.eſt exceptiōis facte excluſio.z ſic eſt q̄dam exceptio cōpetens actori ꝓtra exceptōnem rei.z iſtā ſp opponit actor.z ꝓtra replicatiōem actoris dat duplicatio reo.z iterū ꝓtra duplicatiōem rei dat actori triplicatō z ſic in infinitū extēdere licet.inſti.e.ti.i pn. de replicatōe.vide Jo.an.p modū ſumme in.c.nobis.de excep.

Repromiſſio.eſt pmiſſiōis iā facte ꝓfirmatio.vide ſup̄ pmiſſio

Repreſſalia eſt poteſtas pignorādi ꝯ quemlibet de terra debitoris data creditori p iniurijs z damnis. Debis repreſſaliīs ꝺr de iiur.z dam.da.z.c.ſi pignorationes. lib.vj vbi pꝛohibent extendi ꝓtra ꝑſonas eccleſiſticas ſub pena excōmunicatiōis vel interdicti. Uñ breuiter repreſſalia dicunt quādo aliq̄s oriūdus de vna terra ſpoliat vel damnificat ab alio oriūdo ab alia terra vl̄ etiam ſi debitū non ſoluerit ei. tunc eī datur poteſtas iſti ſpoliato q̄ ei ſatisfaciat cōtra quēlibet in terra illa. vnde eſt ſpoliator vel debitor

Repudiū eſt renūciatio ab vxore miſſa marito vel ecōtra.quia mittēs cōditioni alterius petit renūciari. Item dici pōt repudium q̄ꝺ ſub teſtimonio triū teſtiū .vel a pñti remittit Etiam repudiū eſt reſidentium diſcordantia. Inde dicit libellus repudij ſcriptura in qua alter alterius ꝓditioni renunciat.in libello aūt repudij ſcribebātur hec verba.ſ. Res tuas tibi habeto. vel res tuas tibi agito.nec tñ pt mulier mittere repudium niſi cauſa approbata.vt ſi forte maritus ꝓpter naturalē imbecillitatē minime coire poſſit.in libello ꝓ diſcutiendo ſpōſalium hec ꝓba erāt in vſu.ꝓditiōe nō vtor ff.de diuor.z repu.l.j. Que aūt ſit differentia inter diuortiū z repudiū.no.ff.eo.tit.in rubrica.

Repudiare eſt ſpernere.reſpuere. vel dedignari.

Reputatio ſm Placeñ.eſt cōpenſatio.vt.l.j ff.de ſolutio.

Res eſt verbū generale.vt.ff.ſi cer.pe.l.j.z i re ſua q̄libet eſt moderator z arbiter.C.māda.l.in re māda.z.C.de bis q̄ vt indi.l.polla.in pn. Item res deterior reddita nō videf. ff.cōmoda.l.iij.§.j.z.ff.depoſit.l.j.§.res.etiam res ſua nemini ſeruit.l.in re cōi.ff.de fui.vba.pdio.

Res iudicata ſm Azo.eo.ti.ꝺr ſnīa q̄ finem ꝓtroverſiaꝝ pnunciatione iudicis accipit. vt.ff.e.ti.l.j. Uel eſt q̄ꝺ ꝺemnatiōe vel absolutione cōtingit. Et addunt quidā ſi nullo iuris remedio ſentētia poſſit attemptari aut lapſis decē diebꝰ poſſit reformari. Sꝫ hoc nō placet Azo. Item res iudicata eſt a iudice z in iudicio eius quod deducitur eſt ratione p eū adiudicatio.vt di.l.j.cum ibi nota. Nam ibi notat q̄ res iudicata nō eſt ſnīa.ſed id q̄ꝺ ē deciſum pnunciatō eius iudicij

Sentētia vero eſt diſpoſitio vel ꝓnūciatio iudicis legaliter declarata.licz ergo ibi glosa videatur hoc ignorāſſe. Et hoc ſeqr̄ q̄ interlocutoria nō poteſt appellari res iudicata.q̄ nō capit finē ꝓtroverſiaruz.licet q̄ñq; ex interlocutoria cauſa diffiniat. nec ſentētie arbitroꝝ dicunt res iudicate.q̄ ñ imponūt finem.nā p ſolutōem pene poteſt reſiliri

Res cōmunes naturali iure dicunt quarū vſus omnib animalib eſt cōmunis.vt aer aqua pfluēs.z mare .z ei littora ſm Azo. z inſti.de rer diui.§. flumina autē.z.ff.de acq̄.re.do.l.j.

Res publice dicunt que ſunt omniū populorum z hominū tantū.vt ſunt flumina.et portus.z q̄ ſunt dedicata vſibꝰ ꝑpli.vt forū ſtadium

RE

Res sancte dicunt que ab omni lesione munite sunt. vt muri z porte ciuitatis que ideo sancte dicunt quia pena sanguinis ꝓstituta est ꝓtra eos seu aduersus eos qui aliqd in his delinquunt violādo. vel aliud committendo. vel tales res transcēdendo scalis admotis. vel etiā aliquid in eoꝝ lesionē auferendo. vel qualibet alia ratione occupando. vt instī. de re. diui. §. si quis vero. Hanc ciues romanos alias q̄s p portas egredi nō decet. cum istud hostile z abominandū sit nam z Remus frater Romuli occisus traditur ob id q̄ murū trāscendere voluit. vñ Lucan⁹. Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Res sacre dicunt que rite deo p pontifices ꝓsecrate sunt. vt edes sacre. z alia dona pia que ad diuina ministeria cōseruāda dedicata sunt. vt cruces z thuribula. que etiam alienari phibētur. excepta causa redemptionis captiuoꝝ. vt. C. ō postli. reuer. l. ab hostib. z. l. fi. de ß vide. c. j. ō pigno. z ibi glo.

Res religiose sepulcra sunt i q̄bꝫ hoīes sepeliunt. vt instī. de re. diui. §. religiosum

Res soli est res īmobilis. vt. ff. de diuers. et temp. ꝓscrip. l. quibusdā.

Res emphiteotica est res emphiteotice cōditione subiecta. s. illa quā eccia vl̄ aliquis dñs dñio z ꝓprietate retēta ꝓcessit emphiteote q̄dtū ad solā possessionē. vñ si ꝯ emphiteota rē illā in aliā ꝑsonā transponere vult nō potest tradere eā. i. dñiuz trāsferre. eo q̄ ipe nec habet nec habuit illō. z iō alteri dare nō potest. q̄ nemo in aliū plꝰ iurꝫ trāsfert q̄ ipe habet. vt i regula. nemo plꝰ de reg. iu. li. vj.

Resartire est restaurare. vnde ōr. Tu cōpelli debes mihi damnū resartire. id est. restituere.

Restitutio in integꝝ. Reḡre supꝝ in integruz restitutio. z dat tā eccie q̄s minoribꝫ ratione etatis. quare est ꝓpriꝰ status vel iuris reintegratio. q̄ succurrit p restitutōis auxiliuz minoribꝫ. xxv. an. z etiā eccleſijs q̄ minoruz iure fungi censent. semp em̄ eccia debet iure minoris illesa seruari. vt in. c. j. eo. ti. z re stituit minoꝝ vel eccia siue ledat siue decipiatur ipe minoꝝ siue tutoꝝ siue ꝓcuratoꝝ eius. vel si ꝑlatꝰ syndicus vel ꝯconomꝰ ecclesie decipiat. Nā delictū ꝑsone nō debet in detrimentū eccie redūdare. in regla deli ctum. de reg. iur. li. vj. z si restitutio fit iure minoris. differt ab ea restitutiōe q̄ fit iure maioris. q̄ ꝓma dat officio iudicis. deficiēte actione. Secūda ꝓ ho habet actionē suo iure. s. vtilē officio iudicis accedēte vt in. c. cū venissent. de in integ. resti. in glo. ℣. restituimus. etiā restitutio q̄s q̄ petit vbi nulla possessio ꝓtesse. vt cū petit restitutio cōsanguinei. c. cū venissent. e. ti. in glo. in. c. lras. ō resti. spol.

Restituere in integꝝ. Re. supꝝ. de J.

Res ōr in ꝓtractu vēditionis adhuc esse integra q̄n res nō est in toto vl̄ ꝑte tradita z p̄cium in toto vel in ꝑte nō solutū. licet ꝯct⁹ sit fact⁹. aliter etiaz ōr res integra respectu iudicij q̄n lis nondū sup tali re accepta est videlicet añ lit. ꝓtest. vt in. c. ex insinuatiōe. de pcu.

Rescriptū ꝑm Bof. est mandatū ꝓncipis q̄ō ad instantiā alicui⁹ vel aliquoꝝ siue ꝓpomotu vel ex relationibꝫ absentiū. vl̄ ex suggestionibꝫ p̄tium. vel ad alicui⁹ ꝓsultationem facit. vel cū alicui vel aliquibꝫ corꝑi collegio vniuersitati vel ciuitati aliqd mā datur vel indulget. talia em̄ ius faciūt nō generale sz speciale in negocijs z inter ꝑsonas in q̄bꝫ z inter quas ꝓmulgata sunt. vt C. de legi. z ꝓsti. l. ij. Et nota q̄ rescriptū capitur tripliciter ꝓmo generaliter z sic q̄libet scriptura ꝓtinens aliquā dispositiōz supioris ōr rescriptū. z sic idē est q̄ scptuz z ꝑm hoc si papa respōdeat etiā de iure dicitur rescriptū. Secūdo min⁹ generaliter. vt ꝓcernit ti. de rescrip. z sic est scripturz sup negocio vel negocijs ꝑticularibꝫ alicuius vel aliquoꝝ siue singuloꝝ siue vniuersitatz siue motu ꝓprio siue ad instantiā siue causa cognita siue nō cognita a supioze emanās siue aliq̄d iuris tribuat siue tribuat solum exercitū iuris alicui competētis. z ita comprehēdit rescriptū ad lites. de quo ōr rescp. c. j. z. ij. Si autē sup lr̄is plerūq̄ similibus z ōr rescriptum ad beneficia. de quo. e. ti. c. super lr̄is. ꝑalle. z comꝓhendit etiā annotationem z pragmaticā sanctionē. Tertio capitur specialiter z stricte p scriptura ꝓtinēte dispositionē p quam datur iudex ne aliq̄d aliō ꝓceditur. nisi coram illo iudice ius tibi competēs cōsequaris. z ß ōr rescriptū ad lites quod datur alicui ad cōfirmatiōz sui iuris. de quo in. c. sup litteris. eo. ti. z sic est spēs distincta a priuilegio quod ꝓcedit aliqō ius ꝑticulare cōtra ius cōmune. et a

reſcripto ad bñficia.qđ magis ꝓprie cõparatur ꝓuilegio. Uerbi gr̃a. Jure ſcꝑto alicui ꝺceſſo cauet̃ q̃ iudicez adire poteſt. Ex hiis verbis nõ imponit̃ neceſſitas iudici ſuſcipiende cognitõis. vt.l.ſepe.ff.de offi.ꝓſi. Ratio.quia ꝟba iſta ſignificãt in poteſtate eius eſſe cui cõceditur iudicẽ adire.nõ aũt in neceſſitate iudicis cognoſcere. Sil'r in reſcripto cauet̃ q̃ adire debes iudicẽ.vt notatur in.l.ſepe.p̃al.q̃ de iure cõmuni non imponit̃ alicui neceſſitas agẽdi.nec illa ꝟba ſignificãt neceſſitatez imponi iudici ſuſcipiende cognitõnis. Jtem ꝓnceps alicui ꝺcedit iudicẽ extraordinariũ q̃ iſte cui cõceditur aſſerebat ordinariũ ſuſpectum vel impeditũ multis negocijs ſiue inuitũ.z ſic intelligit̃ obtinere ꝺceſſionẽ ſi ꝑces veritati innitant̃.vt.l.fi.C.de diuer.reſcript. Rõ. quia ꝺcedit̃ tanq̃ ex vera cauſa.igitur ſi ñ eſt vera nõ ꝺceditur.ex quo patet q̃ ſi cõceditur illo expreſſo mẽdaciter vel p ignorãtiam q̃ nõ expſſo vel tacito illo q̃ expſſo nõ ꝺcederet̃.tũc nõ cenſet̃ ꝺceſſum.de hoc vide.c.ſup lr̃is.e.ti. Jtem vbi ꝓnceps ꝺcedit alicui q̃ poſſit vti frui reb̃ ſuis non valz.l. vnica.de theſau.li.x. Rõ.q̃ nihil põt operari eo q̃ illud qđ cõceditur iure cõmuni habetur. Nam fruſtra p̃cib̃ impetrat̃ qđ iure cõmuni cõcedit̃.l.vnica.p̃alle.z.ff.de mi.l.in cauſe.ij.l.cũ ſup.C.de rei vendi. Et p̃dicta vera ſunt de vnico reſcripto. Sꝫ ſo plura ſunt ꝓtraria vel diuerſa.ſiue vnũ alteri derogans.vel vtrũq̃ valet.vel alterꝫ tantum Uerbi gr̃a. Quidã impetrauit gr̃am ad beneficia vn⁹ collatiõis.impetrat ſecũdo aliam ad bñficia alter⁹ collationis.ſi ſecũduz facit mentionẽ de ꝓmo valet vtrũq̃.vt.c.i noſtra.de reſcrip.z reſcriptũ in eccleſiaſticis poteſt ꝺcedere papa.z in ſecularib̃ imperator. Uñ etiã reſcriptuz ꝺr̃ qđ imꝑator vel alter p̃cibus z ſupplicationib̃ alicuius reſpondẽs reſcribit ei fieri vel nõ fieri debere quod poſtulat. Et nota q̃ ī reſcripto ſemp intelligi debet ſi ꝑces veritati innitãt vt ſi ita eſt.c.ij.co.ti.in textu z in glo.z quãdo ponitur ibi hec clauſula.ſi ita eſt.debet referri ad oĩa p̃cedentia ſm Berñ.in.c.oliz eo.ti. Ponunt̃ tñ ibi opi.in glo. Jtẽ ħ clauſula.z quidam alij talis ꝺyoceſ.nõ extendit ſe ad illos de ciuitate.niſi dicat̃.z q̃daz alij de ciuitate vel ꝺyoceſi.ſecus ſi ꝺiceret̃ talis epiſcopatus.vt in.c.Rudolphus.eo. ti.in glo. Jtem hec clauſula.ſi pro alio non ſcripſerimus.ſemp debet intelligi in reſcripto.q̃ndo papa ſcribit q̃ puideatur alicui de beneficio in eccl'ia aliqua etiã ſi non apponatur. Sꝫ vero papa velit alicui facere gr̃am plenam tũc ſcribat.nõ obſtãte q̃ alias direxerimus ſcripta noſtra.c.mandatũ eo.ti.in glo. Jtem p hãc clauſulã generalẽ quidã alij non poſſunt plures q̃ quattuor citari.quoꝝ etiã noĩa debẽt in ꝓmo citatorio nominari vel expr̃imi.in.c.cũ in mꝫtis eo.ti.li.vj.in tex.z in glo.olim trahebant̃.et ar.de teſti.cũ cauſam.z.c.ſignificauerũt.ꝺ cle.excõ.mi.c.latores. Et ratio quare reſtricta ſit citatio ad quattuor eſt arbitraria.le. nõ oĩm.ff.de leg.potuit eñ plus vel minus reſtringi.vel reddere rõem ſimilitudinariam quã habes de ꝓſan.z affi.c.non debet. Tamẽ ſm Berñ.ſup re indiuiſibili ſez iudicio cõmuni diui.famil'.poſſunt p generalem clauſulã vltra quattuor euocari ad iudicium. Jtẽ omnes vltra illos quattuor q̃. ius habẽt in re põt agere vel defendere p iure ſuo coram illo iudice.ar.ꝺ re iudicẽ.cũ ſup.de offi.dele.ſup eo.de elec.c.j. Jtẽ Hoſtien.z archi. Sꝫ pone q̃ttuor expreſſit.poſtea aliuz ꝺuenit.nihil excipit̃.an valeat iudicium.vide ibidẽ in glo. Jtẽ in reſcriptis debet ſeruari ordo ſcripture.ca.cũ dilecta. eo.ti.in glo.ꝟ.trãſponẽtes. Et Jo.an.ſup hoc pluresſ alias ſnias infert.de hoc vide ꝺ elect.c.generali.li.vj.z tandem dicit q̃ maſculinum ſubiectũ a canone comꝓhẽdat feminas.quod ꝓbatur.xvij.q.ij.ſi q̃s ſuadente.iuncto.c.mulieres.de ſen.excom.qđ eſt verum.niſi eadem ꝓſtitutione femia excipiatur.vide.c.indẽnitatibus.§.ſed eas.ꝺ elec.li.vj.

Reſidere in eccia ſm Boſ.eſt in eccia deſeruire bñficium.z eccie curã habere.c. ꝺquerente.de cle.nõ reſi.pax eñ eſt reſidere niſi reſidẽs curã habeat eccleſie in qua bñficiũ habet vel pſonatũ.vt ī.c.q̃ nõnulli.de cle. nõ reſi.debet aũt reſidere p ſeipm nõ p vicarium de carium.c.quia nõ.p̃al.nam p vicarium ꝺ ſeruire nõ licet niſi in caſib̃.vt cũ ex indulgentia ſpeciali cõpetit alicui nõ reſidere.l cũ ꝺſuetudo excuſat nõ reſidentẽ.vel cũ eccleſia ꝺpendet ex p̃benda.vel cum pſona ſine culpa ſua ĩcidit debilitatẽ.ꝺformitatẽ vl' morbũ.vt p ſe ꝺfuire nõ poſſit.vl' cũ neceſſaria ꝓfectio imineat.vl' etiã volũtaria

vtilis tñ ꝛ honesta. vt studioꝝ. vl' pegrinationis causa cū licētia tñ plati. vel cū ꝓsensu capl'i. vt no. Goff. in sum. de offi. vica. §. nūc videndū. Sunt ḡ clerici nō residētes: q̄ in eccl'ijs in q̄bꝫ intitulati sunt nō faciunt residentiā. ꝛ si psonalit̄ residēt. nō tñ deseruiūt bñficiū. nec eccie curā habēt. et q̄uis vicari⁹ nō det vicariū. c. clericos. de offi. vica. cū illud sit satis absonū ꝛ absurdū. Tñ Jo. an. in cle. vnica. de offi. vica. in glo. sup ꝟbo sacerdotiū. putat ꝓtrariū. p. c. cū ex eo de elec. li. vj. vbi ep̄i generalit̄ cū his q̄ obtinent eccl'ias dispēsant. ꝛibi rō cōis. ibi idez ius. c. translato. de ꝓsti. ꝛ sic cū p septenniū dispēsat cū vicario. vicari⁹ nō dat vicarium. sed ep̄us dispēsans dat eū. ſm Joh. an. ibidem

Responsa ꝓdentū sunt q̄ iurisc̄onsulti rñdere dicunt ꝓsulentibꝫ. §. cōstat. ꝛ. ca. rñsa. dis. ij. vñ etiā rñsa pauli dicta sūt. Fuerūt em̄ quidam ꝓdētes ꝛ arbitri eq̄tatis qui institutōes iurꝫ ciuilis ediderūt. q̄bꝫ dissidentiū lites ꝛ ꝓtētiones sopirent. ſm Jsiō. li. v. ethi.

Reus est q̄ defendit ꝛ ꝓpulsat actionē vel accusationē nō a reatu dict⁹. sz a re q̄ petit ab eo p̄standa. vel sup q̄ ipe impetit. qz quāuis ꝓci⁹ sceler' nō sit. re⁹ tñ ꝺr q̄uis diu i iudiciū p̄ aliqua petit. vt. c. for⁹. de ꝟ. sig. ad fi. xv. q. ij. c. vl. iij. q. xj. c. nō est. Et iā q̄ncꝫ reus a reatu ꝺr ille videlicꝫ q̄ q̄uincit criminosus c. j. de re iudi. li. vj. Vel sic. Re⁹ est ille q̄ necessario se habet defendere. c. dilecti filij. ꝺ excep. ꝛ sic dicit a re quam ipe defendit. ca. forus. p̄alle.

Reus p̄mittēdi ꝺr ille q̄ stipulat ꝛ ꝺr a re vl' firmitate. qz firmiter ꝛ oīno vez est. cū stipulatū vl' obligatū. nā re⁹ significat firmitatē. vt dic̄ Virgili⁹ ꝛ Azo. C. de duo. re. stipu. in sum.

Reuocare domū. est allegare ꝛ dicere se nō posse cōpelli eo loco quo cōuenit ad litem suscipiendā. sed remitti ad locū quo domicilium habet. Inde dicūt legatos q̄ romā mittunt nō debere cōueniri ipsis inuitꝫ. sz habēt ius reuocādi domū. de ꝟ vide. c. fi. ꝺ fo. compe.

De Ri

Rigor iuris obseruādus est in duobꝫ casibꝫ scz cū pl'us inde scandalizat⁹ est. c. cū tenemur. de p̄ben. c. cū nobis. de p̄scrip. Secundo qñ multis grassantibꝫ op⁹ est. c. clericoꝝ. de vi. ꝛ ho. cle. Et nota q̄ rigor iurꝫ qñq̄ ponit̄ p solēnitate ꝛ ordine iurꝫ cōis: habito respectu ad rescriptū pape. c. super l'ris. de rescrip. Secūdo ponit̄ p austeritate ꝓtraria dispositioni. alias dispēsationi ꝛ misericordie. ꝛ ad alioꝝ terroꝛem inducta. Tertio p stricto ordine iuris cōis. ꝛ sic sumitur in. c. si clerici⁹. de fo. cō. ꝛ no. glo. in. c. vt ꝓstituere. k. l. vj.

De Ro

Rodes insula est in qua antiquit⁹ vsus mercatoꝝ fuit. ꝛ inde dicunt leges rodie. vt no. ff. ad. l. ro. de iac.

Rodius est gen⁹ piscis cui⁹ sanguis valz ad tingendū vestes. vt. C. de vesti. ole. ꝛ au. li. bro. xj.

Rogo capit̄ q̄ñq̄ p p̄cipio. xj. q. iij. rogo q̄uis q̄ exoꝛtat mādatoꝝ opa nō fungat. ff. de his q̄ no. infa. l. ob hec ꝟba.

Rogus vide. xxiij. q. vij. ꝓnioꝝ. sup ꝟ. busto. vbi glo. q̄ bustū ꝺr cū res est exusta. rogus cū cōburit̄. pira est ꝓgeries lignoꝝ ad cōburendū. ibi vide Archi.

Romana est cōis patria. l. roma. ff. ad muni cipa. ꝛ in. c. exposuit. de dilat. ſm Jnno. et c. vl. de fo. cōpe. vbi ꝺr. Roma mater ꝛ magistra oīm eccl'iaꝝ. c. basilicas. de ꝛse. dist j. Et q̄ ꝺr. Ubi papa ibi roma. ſm Jn. in. c. ego em̄. de iureiur. dic̄ lodo. ꝺ ro. p ℞ nō eē in mūdo aliq̄ē tex. licet multi multos alleget. ꝛ de p̄eminētijs pape vide p Bal. in. l. rescripta. C. de p̄ci. impa. offer. bñ dic̄ glo. Roma caput auaricie cūctos pueros doli capaces generat. vt in. l. sequit̄ dicere. ff. de vsuca. glo. sup ꝟ. aīm possidēdi

Rostrū ꝺr forus causaꝝ. vbi cause tenētur vel tractantur

De Ru

Rudera sunt ea q̄ ejciunt̄ de menibꝫ discussis. vel a domo mūdata cū scopis. vt fragmenta lapidū. vel demolimēta cementoꝝ vel folia fauille pulueres

Rumoꝛ ſm spe. de notorio crimie est p̄ticularis assertio. vl' insinuatio ex sola suspitōe ꝛ incerto auctoꝛe p̄ueniēs. c. sup eo. de eo q̄ cog. ꝓsan. vt. sue. ꝛ ℏ min⁹ ꝓbat q̄ fama. qz fama ē cōis assertio. rumoꝛ ꝟo cū pauci aliq̄d. nō tñ publice dicunt. ꝛ iō ñ ꝓbat. sz solā suspitionē ꝛ p̄sumptionē inducit

Rusticani sunt idē qō rustici. C. de rusti. li. xj & rusticitati pcendū est. C. de testa. l. fi. i ꝓn. & l. ex quacunqꝫ. ff. si qs in ius vo. nō ie. Et dixit dñs Latho circa. l. ꝑalle. qꝫ ꝫsuetudo rusticoꝝ ē vt nō eḡtent. g̃ expēse in factꝫ alicuius p eḡtatu nō debēt eis refici. vt ē glo. in. l. idēqꝫ. §. idē labeo. ff. mādati Item in. l. seruꝰ. ij. ff. delega. iij. vbi glo. qꝫ rustici non vtunt panib⁹ albis sz grosso & alijs caseo & cepis & fabis & nō pullis vel alijs cibarijs delicatis ſm Accur. ibidē. C. de epi. audi. l. iudices

Rustica p̃dia. Re. sup̃ p̃dia rustica.

Rura cesa sunt que cedunt vel eruunt. ff. ō act. emp. l. si fundꝰ. §. si rupta

Rursus. id est. iteꝝ vel quotiēscūqꝫ. & significat ꝓout significatū ꝓximum. vel aliō medium significare declarat. Verbi gra. Testatoꝛ reliquit alicui decē. & si pdiderit rursus ei reliquit. dicit textus. qꝫ nō amplius qꝫ semel postqꝫ pdiderit est inuādus Et sic dictio rursus aliquādo verificat in vna vice. le. fideicōmissa. §. si quis. ff. de lega. iij. Rō. quia nisi sic significaret heres grauaret se/pius nouam quantitatē p̃stando quod nō est verisimile testatoꝛē voluisse ꝛc. Et tantum de R.

De Sa

Accularij dicun/

tur q̄ vetitas artes exercentes ex sacculo partim subducūt et partim subtrahūt vel distrahūt. vt. ff. de extraoꝛ. cri. in rubꝛi.

Sacra que sint. Re. sup̃. res sacre

Sacrariū est locꝰ in q̄ sacra ponunt.

Sacer locꝰ ōꝛ q̄ manet sacer etiam dirupto edificio

Sacrum oꝛaculū ōꝛ rescriptū imperatoꝛis quod oꝛādo quis ipetrauit. vel est idem q̄d rescriptū. vt sup̃ de littera R. in verbo rescriptum

Sacramentū est sacre rei signū. & qualiter differant sacramentū. signū. sacrificium. & mysteriū. ꝓbat. j. q. j. multi. de ꝫsec. dis. ij. sacrificium. & c. signū. Et nota qꝫ sacramētorum veritatē quidā dicūt nō esse apō hereticos. xxiij. q. j. scisma. j. q. j. extra ecclesiam. Hugo tñ dicē qꝫ heretici habēt veritatez sacramentoꝝ. sz nō executionē eoꝝ. de ꝫse. di. iij. sicut in sacramētis. & no. j. q. j. q̄ pfectionem. & c. dñs. & xix. dis. c. ij. Item ad sacramē/tum dignitatis scz ordinis. tantū digni. sine crimie. sine infamia & irregularitate admittunt. Rō. qꝛ illud sacramentū nō solus ꝓpter se. sed etiā ꝓpter alios suscipit. j. q. j. §. apparet. Alia aūt liberius ꝓferunt. quia ꝓpter se tantū recipiunt. & effectus eoꝝ est vt talia sint accipientib⁹ qualia coꝛde & cō/scientia sumunt. vt in. §. ꝑal. & q̄lia sint sacramenta reiterabilia. & q̄ nō nota. de sacra. reite. sup rubꝛi.

Sacra annotatio ōꝛ rescriptū qō impatoꝛ ꝓprio mentis motu alicui indulget ꝫstitu/ens ſm p̃ces illiꝰ aliq̄d fieri. vide supꝛa Rescriptum

Sacrificiū ōꝛ q̄si sacrū factū. qꝛ p̃ce mysti/ca ꝫsecratur p nobis in memoꝛia domice passionis. j. q. j. multi.

Sacerdos hoc noīe intelligunt q̄ñqꝫ inferioꝛes. & noīe clericoꝝ supioꝛes. & cōponit ex dictionib⁹. greca dyos. id est. datio. & latina sacer. vt. xxj. dist. cleros. sicut em̄ regēdo. sic sacerdos a sacrificādo dicē est. Et sacerdotes gentiliū dicebant flamines quasi filamines. a filo qō gerebāt i capite i signū sacerdotij. & aliqui fuerūt ꝓthoflamines. vt in. c. cleros. ꝑalle. Et nota qꝫ sacerdos debet esse prudēs triplici peritia. l. sacra scriptura ad subditoꝝ aīmas informādas. xxxvj. dis. ij. c. ccce. c. si quis. & p totum. ergo in ecclesia metropolitana tenent doctoꝛes theologie. Secūdo in seculari scientia. vt sciat discernere verū a falso. et viam habeat ad scientias pietatis. maxime ad triuium. nō ad delectatiōem vel ad voluptatem. s. ad quadruuiū. vt. xxxvij. dis. §. cur g̃ & §. sed ecōtra. & c. turbat. Et ergo i cathedralibus ecclesijs haberi debent magistri artiū liberaliū magis ad triuiū q̄s quadruuium docendū. cuiꝰ ratio patet supꝛa. xxxvij. dis. si quis grāmaticam. vbi dicit i fine Grammaticoꝝ autē doctrina potest etiaꝫ ꝓficere ad vitā dum fuerint meliꝛes in vsu assumpte. Et sic etiam auctoꝛes gentiles legi possunt dū bonū ibi repertū ad bonos vsus cōuertatur. quia bonum est. non quia illi dixerunt. c. turbat. ꝑal. Et sic paulus sepius in suis epistolis inserit aliquid expoetis. vt in epla ad Tytum. Illud epimenidis. Cretenses male bestie pigri coꝛdis. Et ad Corinth. Depe bonos mores coꝛrūpūt colloq̄a prāua. Et Hiero. inserit

versus virgiliū.c.nunqꝫ.de ꝓse.di.v.et auctoritates Bal.ꝛ Jpocra.ea.dist.ne tales. Etiā Augu.vtiť versibꝫ Lucani.c.nec mirum.circa ꝑnc.xxvj.q.v.sꝫ de leg.ꝛ phisica vide ca.sup spe.ne cle.vel mo. Tertio in secularibꝫ negociꝫs.qz etiā tempalia dꝫ subditis ministrare.ꝛ necessitatē patiētibus.vt xxiij.di.p totū.ꝛ lxxvj.di.c.fratrē.ꝛ ca.nisi de renunci.

Sacerdotes in diuinis eloquūs aliquādo dū aliqñ angeli vocanť.ꝛ a regibꝫ sunt honorandi nō iudicādi.dicēte Constantino imꝑatore. Dignū nō est vt nos iudicemus deos.xj.q.j.sacerdotibꝫ. Etiam sumitur sacerdoť quandoqꝫ in malo.C.de male.ꝛ mathe.l.nullus aurusper.vbi ponitur ꝓ incantatore

Sacrilegium dꝫ quasi sacrū ledēs vl sacrū legens.id est.furans.de quo.xvij.q.iij.per totū.ꝛ maxime in.c.quisq;s.ad finem. Et est crimen mixtum.vt supra dictū est de crimine.vide bonaꝫ glo.in c.sunt q̄ opes.xvij.q.iij.vbi danť descriptiones sacrilegij. et pena cōmittētis ipm.ꝛ melius in.c. sacrilegiuꝫ ea.q.in glo.j.

Sanguinis minutio necessaria est ad morbum euitandū in multū repletis. ſm Jpocratē.de ꝓse.di.v.ne tales.vbi Hiero.recōmēdat cibi parcitatē.ꝛ repbēdit gulositatē oñdens cōmoda parcitatiſ.ꝛ incōmoda gulositatis. Et de sanguis minutōe dꝫ in ca. cū ad monasteriū.de sta.mo. vbi ꝑt cōcedi carniū esus monacho minuēti. Et ibi Frā cisť de sa.alle. Vincē.dicentē revelatuꝫ p angelū.q̄ q̄ minuit.xiij.februarij nō morietur illo anno ex febrili distēperātia.ꝛ dicit q̄ꝑter ꝑ aliq̄ faciūt se minui etiā nō idigētes.q̄ nihil stultiť esse pōt.qz minutiōe vita decurtať.ꝛ sensus visus maxie offenditur. Hec Sabarellus ibi.

Sagina sūt q̄dā herbe q̄s legati pl̄i romani portabāt interlocutores pacis.qz nemo illas herbas portātes ledebat. sic delegati grecoꝝ q̄ solebāt ea q̄ vocāť celicia ferre.ff. de reꝝ diui.in rubr.

Salariū est vectigal domicilioꝝ .dictū q̄si salariū.a noie solū.eo q̄ reddiť ꝛ impendiť p solo noie pēsionis. Alias poniť p ꝑmio. vel p mercede laboꝝ,p remuneratōe. vt salarium aduocatoꝝ

Salubris dꝫ q̄si salutiſ vber.ſm glo.in cle. dudum.de sepul.

Saluiaria dicūť ea q̄ danť p sale. Etiam dicunť portoria. Re.sup̄.portorium

Saltus tus.tui.est densitas altaꝝ arboruꝫ ꝛ dꝫ nemus raras hūs arbores vbi fere canes ꝛ venatores saliūt. Uñ. Est nemꝰ saltꝰ. saltētis dꝫ actus. Et dꝫ a salio.lis.eo q̄ exiliat in altū ꝛ in sublime ꝓsurgat.ſm Jsidoꝝ li.xiij.c.vj.ꝛ inde venit fundus saltuensis. C.de fun.pas.ꝛ saltuen.li.xj.etiam dicūtur talia loca vinaria ꝛ foreste.vt in clemē.ne i agro.de sta.mo.ꝛ est duplex saltus.s.hyber nus ꝛ estiuus.

Salgamū ſm Hug.est idem quod cultura dictum a saluo vel salice.ꝛ gamus nuptie. vel gama mulier.qz ꝓpter talia fiūt culture.s.matrie ꝓpter mulieres. vt in rubrica.C. eo.ti.li.xij.

Sanctio dꝫ ꝓprie illa ꝓstitutio vel lex cōtra quā si factū fuerit pena irrogať ꝛ imponiť. vt no.iij.dis.in sum.ꝛ capiť q̄ñqꝫ late.vt in ꝓ he.cle.no. Jo.an.in v.sanctio.

Sanctio imperatoris est cui pena sanguis additur

Sanctio pragmatica. Re.sup̄ P.

Sanctio q̄ñqꝫ dꝫ q̄libet impiaľ ꝓstitutō vl institutio.q̄ñqꝫ dꝫ totius iuris collectio. et sumiť etiā stricte p ꝓstitutōe penali. vt not. iij.dis.in sum.

Sancte res. Re.sup̄ Res sancte

Sanctū dicit quod defensum ꝛ munitum est ab iniuria hominū. vt.ff.de reꝝ diui.le. sacrū. vñ Justinianꝰ dictus est vir sanctꝰ. id est.firmus ꝛ virtutibꝫ munitꝰ. Marcianus aūt vnꝰ ex auctoribꝫ legis ait q̄ sancti dicunť a sanguine quasi imolādo se ad effusionē sanguis deo. alias a sanguinibꝫ sanctus dꝫ qđ nomē herbas significat q̄s solebant portare legati pl̄i romani: ne q̄s eos violaret.ff.de reꝝ diui.l.sanctū. sic sctā dicunť q̄ neq; sacra neq; ꝓbana sūt.sic leges dicūť sancte

Samaritanꝰ ꝛ sarracenꝰ differūt. vñ Sarraceni ſm Hos.dicunť illi q̄ nec vetꝰ nec nouū recipiūt testamētū.q̄ se nō ab Agar ancilla Abrae de q̄ fuit eoꝝ origo vocari volunt agarenos.sꝫ potiꝰ a sara vxore eius vt libera se sarracenos vocāt. sunt tñ q̄dam inter sarracenos samaritani vocati a samaria ciuitate.qui receperūt quīq; libros moysi.sed prophetas respuerunt. ꝛ qz illos respuerūt ideo dicit q̄ non coutunť iudei samaritanis

Ba

Sapiētia est de diuinis ꝫ scīa de mūdanis ꝛ ponunt ꝙnqꝫ habitus intellectuales apō phm. vj. ethicoꝝ. Prim⁹ sapia. ꝛ est assensus alicui⁹ ꝓpositiōis cui⁹ termini supponunt p ꝓncipijs essendi. vt sunt de⁹ ꝛ intelligētie. ꝛ sic theologia ꝛ methaphisica dicunt sapia Secūdus habit⁹ est intellect⁹ ꝛ ē assensus alicui⁹ ꝓpositionis p se note ad experiētiam vt illius. oīs ignis est calid⁹. vel illi⁹. quod libet est vel nō est. ꝛ generaliter cuiuslibet ꝓncipij. Tertiꝰ ꝺr scientia. ꝛ est assensus alicui⁹ ꝓpositionis cui⁹ termini supponūt pro effectibꝫ secūdis naturalibꝫ. ꝛ sic phia naturalis est scīa. Quart⁹ ars. ꝛ est habit⁹ assensiuus inclinās intellectū ad recte opandum Ar ꝺr habit⁹ recta rōe factiu⁹. qz ibi debet apparere bonitas facti vel opati. nō curando de bonitate opantis. vt est ars grāmaticalis ꝛ fabrilis ꝛc. Quint⁹ habit⁹ est prudētia que inclinat intellectū ad debite eligendum ꝛ obtinendū. vt philosophia moralis sub qua comphendit ius ciuile ꝛ canonicū Et hec notant ex. vj. li. ethi. Aristo.

Sapiēs ꝓsumptio. est sapientē nō errare. ff. de offi. pfec. pto. l. j. C. de legi. l. humanū Require supra ꝺiligēs ꝓsumptio

Sarcinatoꝝ vel sartoꝝ est ille ꝙ nouit artem sartiēdi ꝛ suendi vestimēta. ꝛ ꝺr a sartio. et differūt sarcinatoꝝ ꝛ fullo. vt no. inst. mādati. in fi. §. in glo.

Sartophag⁹ est loc⁹ vl̄ tumba in ꝙ sepelit defunct⁹. ꝛ ꝺr a sartos qꝺ est caro ꝛ phagin grece. i. comedere latine. qz ibi caro bomis comedit a vermib⁹

Sarcul⁹ est instm cū ꝙ ram⁹ abscindit vel aliqꝺ aliud vt cardones ꝛ herbe inutiles excidunt ꝛ euellunt ꝙ nascunt inter bonas Isa. c. viij. Oīs mōtes in sarculo sarrientur. ꝛ j. Re. xiij. in fi. ꝺm Jo. an. in pbe. cle. ī verbo sarculum

Sartatecta dicunt edificia que reparatōe indigent.

Satisdatio est cautio fideiussoria vel etiaꝫ iuratoria si fideiussoꝛē ꝙs dare non possit. Require supra cautio

Satisdare est securitatē p fideiussoꝛes dare. ff. ꝙ satisda. cogū. l. j. Vl̄ ꝺm Azo. est alicui⁹ implere voluntatē

Satisfacere ꝙd sit patet in. l. j. pal. ꝛ. ff. de pigno. act. l. si in rē alienā. §. oīs. ꝛ satisfactuꝫ itelligit qualitercūqꝫ satisfiat. ff. ꝙ. mꝺ. pig. vel hypo. sol. l. itē liberat. in pn. ꝛ. ff. de pig. act. l. si in rē. pal. §. si satisfactum. Et notat Dy. in regula pactū. de re. iur. li. vj. ꝛ sic cui remittit restitutio regularit intelligit restituisse vel satisfecisse. vt ibidē nisi in casibus vbi remissio nō liberat. vt. c. statutū. §. si ꝙdem. de rescrip. li. vj.

Sauricus morbꝰ est ille ꝙ ꝓpetuo nocet nisi sit curatus

De Sc

Scena ꝺm vnā significatiōem est obūbratio vel velatio in theatro. vel alio loco in ꝙ histriones. mimi. vl̄ ioculatores. siue comedi ludos suos exercēt. ꝛ sic videt accipi. C. de spec. scen. ꝛ leno. li. xj. Jdē ꝓbū habes. ff. de his ꝙ no. infa. l. ij. §. ꝓtoꝝ. ꝛ. xxiij. di. maritū ibi exponit archi. Uel ꝺm aliā significatiōꝫ ꝺr scena ꝙ pmptiorē habet leuā. al's scenā ꝛ expeditiorē. ff. de edil'. edic. l. ꝙ clara. §. item sciendum

Scisma ꝺm Hof. est illicita dissensio. diuisio. vel discessio eoꝝ inter quos vnitas esse deberet. Uel sic. Est illicit⁹ ab vnitate eccl'esie. vl̄ ab vniuersitate discessus. Et dicitur a scissura. qz ꝓ scisma fit ab vnitate scissura. xxiij. q. j. scissura. Et differt ab hereſi. quia hereſis in ꝓncipio sui habet puersum dogma. sed scisma in fine fingit aliquā heresim vt recte ab eccl'ia videat recessisse. vt dicit Hieron. xxiij. q. iij. hereſis. Et sic illa differūt sicut genus ꝛ species. quia omnis hereticus est scismaticus. ꝛ nō ecōuerso. ni si duraverit

Scita sūt ea ꝙ plebs tm̄ cōstituit. Et vocat scita eo ꝙ plebs ea scit. ꝛ scisciat seu rogat vt fiāt. ꝺm Jsi. li. v.

Scribe tabularij. ꝺm ꝙsdā olim creabātur ad tps triennij ad scribendū publica ratio cinia ꝓuinciaꝝ seu ciuitatū. ꝺm Accurs. C. eo. ti. in rubr. li. x. Et ꝓprie sūt illi ꝙ scribūt notatos ad muneraꝛ honoꝝ ꝛ tributa soluta. ꝛ sunt tabularij. qz publicis instrumentis ꝓsunt in signū ciuitatib⁹. ꝛ hi appellant librarij. vt. ff. de reg. iu. l. si librarij. ꝛ tabelliones. vt in auth. de tabel. col. ij. ꝛ sic potest accipi. C. de bo. liber. l. si ꝙs post. §. j. licet ꝛ aliter ibi exponat. Alias scribe dicunt qui circa ꝓncipes vl̄ alios magnos iudices sūt deputati p actis ꝛ gestis ꝓficiēdis. Hiꝙ vocant scriptores notarij. libellenses. pragmaticales. epistolares. exāstores. vt. C. de appelle. ꝓcipim⁹. ꝛ. l. in offerēdis.

Be

Scribe logographi ꝼm Accursi. dicunt q̃ publicis rõnib⁹ scribẽdis ꝺputati sunt. nã logos grece rõnes publicas dicim⁹ latine. et graphos scriptura. Dñ etiã nũerarij ap pellant. vt C. ꝺ suscepto prepositi. et archa. l. duos. li. x.

Scribe censuales sunt qui scribũt censum C. de tabu. rubri. li. xij.

Schola ꝺr societas scholariũ. vl' loc⁹ in q̃ discunt aliq̃ vt scholares scientiã et pruden tiam. Alij militiã. vt thirones. vt. C. de pui. schola. li. xij. Nam schola grece est vacatio latine

Scholaris est psona vacãs ab hũanis ne/ gocijs scholasticis dedita disciplinis. et di cit a scholõ grece. i. vacatio latine et ares vir tus. q̃si virtutib⁹ vacãs. Et scholaris pfice re cupiẽs debet habere ãnq̃ ꝓditiões. Pri mo singula ꝓsideret diligent. qr si certa sũt a significatõe verborũ nõ est recedendũ. ff. de exerci. act. l. j. §. si is q̃ nauem. et. l. nõ alte ff. ꝺ lega. ij. si dubia sunt nõ maligne. sz be nigne interp̃tanda. de re. iu. c. ij. et. c. ad au/ dientiã. de deci. Secũdo q̃ de pbabili du bio nõ reddat se certũ. sed dubiũ. et interro get certiores vl' peritiores. C. de inge. ma. l. ij. durant. ipe solus excusat q̃ quod dicere t nõ inuenit. Tertio q̃ habeat sensum capa cem. vt in. c. vnico. de offi. p. ñ innitẽs pru/ dentie sue. et verã intentionẽ sentẽtie nõ per uertẽs. c. ne innitar. de ꝓstitu. Quarto stu dium ꝺtinuet. qr doctrine pr̃ est vsus. do/ ctrine mater est scholaris. vñ Intercisa pe rit. cõtinuata viget. etiã Deficit ambobus qui vult seruire duob⁹. Quinto q̃ nõ dedi gnet a q̃cũq̃ instrui cui magistery officiuz fit iniunctũ. vt in. c. vnico. p̃alle. de offi. pri mi. xviij. q. iij. Si habes. cõtra quosdaz ex supbia et verecundia interrogare nolentes q̃ nesciũt. et minorũ dicta ex quadã indig natiõe supbie despiciẽtes. vt dicit Hostie. in. c. vnico p̃alle.

Scissarij. trũcarij. et aratorij. idem sunt.

Scriniarij et scriniorũ memoriales idẽ sunt et magistri scriniorũ etiam scriniarij appel lant tabelliones. vt in. c. ad audientiã ꝺ p/ scrip. in glo.

De De

Secũditerius. olim dicebat q̃ secundũ lo/ cũ obtinens scriptus erat secundo loco in matricula notariorum. vt. C. de primice. et secundite. l. j. et. ij. li. xij.

Secũde nuptie dicunt cum aliq̃s cum aliq̃ qua secundo nubit. et sunt omnes nuptie q̃ sequunt sepulturã. vl' primas nuptias siue sint tercie siue quarte. et sic de aliis. de h. C. de secun. nup. in Rubri.

Semestre est tẽpus sex mensiũ. et duo seme stra faciũt annũ. vide insti. de excusat. tuto. §. item diuus. in glo.

Semis ex ser colligit vncijs. et est dimidia ps assis. et ꝺr q̃si semias. C. de merca. l. hac lege. li. xij.

Seminecis ẽ semimortui. vt in. l. q̃ idignũ C. de testa. vbi dicit Nõ sunt necessaria ob seruari momẽta ꝓbor q̃ seminecis et balbu tient lingua pfundit.

Sescuns cõstat ex vncia et dimidia. et ẽ octa ua ps assis. et debet eius littera tercia scri/ bi s. et nõ x. vt insti. de bere. insti. §. hereditas ꝼm Accur.

Sertãs ẽ sexta ps assis ex duab⁹ vncijs cõ/ stans. sed capit q̃nq̃ aduersatiue et aduersa tur in iure. q̃ aũt est adiuncta copula ad/ uersat etiã in facto. ff. de peti. here. l. sed et si in ꝓn. cũ glo. improbat tñ. vt in. l. ij. in fi. ff. si q̃s cau. vbi q̃n cũ copula ponit. vt dicen do. sed et si aduersat ad factũ nõ ad ius. imo significat identitatẽ iuris. et sumit illõ signi ficatũ ex copl'a q̃ copulat noia. et nõ factuz sequẽs cũ p̃cedẽti. qr nõ põt cũ sit factũ ꝺ uersum. copulat g̃ q̃ ad ius q̃n aut̃ sine co pula ponit cũ cõditõe si vl' sine ea. tũc sim/ pliciter significat aduersatiue q̃ ad factũ et q̃ ad ius. vt in. l. sed et si. p̃alle. simil'r in. l. ij. in glo. sup verbo forti⁹. ff. ne q̃s eũ q̃ i i⁹ vo. vi. exi. ꝼcat g̃ dictio sed aduersatiue simpl'r vl' tm̃ ad factũ put significatũ suũ vl' aliud declarat et ꝓcludit.

Senatores dicunt magistrat⁹ ppl'i q̃i senio/ res. nã ꝼm Azo. leges ꝓus fiebãt a ppl'o ei⁹ q̃ interuẽtu. sed qr aucto ppl'o cepit ꝺffici le ꝓuenire in lege ꝓdendo. ideo elegit ppl's centũ senatores. vt. C. de petiti. here. l. vlti. vt ipsi vice ppl'i cõsulerent et q̃cq̃d statuerẽt lex esset. Senatores aũt sunt q̃ a patricijs et cõsulib⁹ vsq̃ ad viros illustres descende runt. et hi soli solebãt dicere sniam in sena/ tu. q̃re etiã ꝓsulem romanũ vocamus sena torẽ magistrat⁹. vt. ff. de senatori. l. vl. et insti. de iur. na. gen. et ciuil. §. lex est. Senatores etiã dici debẽt senatoꝝ filij et nepotes ex fi/ lijs nati. ñ aũt nati ex filiab⁹. vt. l. libros. ff.

de senato.

Senatus est cet⁹ iste honestissimus senatorū q̄ centū erant nūero. vt dicit Azo. C. de senat. con. z nomen cōsulis parificat senatui p̄ncipis. vtputa cū habeat vice populi z ante impatorē p ꝓl'm. z post impatorem p principem cōstitutus fuit senatus. vt. ff. de or. iur. l. ij.

Senatusc̄ cōsultū est qō tantūmō senatores habito cōsilio ꝓl'is ꝯsulendo decreuerunt ſm Jsido. li. v. Et nota q̄ ml'tiplex est senatusc̄ cōsultus. vt infra patet

Senatusc̄ cōsultū romanū al's sepr̄inianū oibus ciuitatib⁹ fideicōmissariā hereditatem iubet restitui z in eam et ad eā oēs actiones transferri.

Senatusc̄ cōsultū artificianū. alias artificulianū q̄ cauet vt p̄sides puinciarū ꝯgnoscant in puincijs de libertate. licz hēres nō sit illius puincie.

Senatusc̄ cōsultū claudianū tollēdū statuerat q̄ mulier libera ſuili amore capta si ei denunciatū essz a dño ne cōmiscereť seruo suo. z iudex sup ea cā āmonuissz. nec ipe ac ꝺcesceret. subaz suā z libertatē amittebat. et fiebat serua vel ancilla dñi denūciatis. qō qz visū est mirabile z indignū sublatū est.

Senatusc̄ cōsultū leboneanū cum cohercet q̄ ob struendā actionē vl' testamentū pubicā pecuniā accepit pact⁹ ve fuerit. Jtez q̄ pfecto instrumēto legatū sibi ascribit. Jtē heredē q̄ ex heredatiōe aut in alienius cōdemnationē legatū ascribit.

Senatusc̄ cōsultū macedonianū hz locū q̄n aliqs filiofamilias in ptāte patris existenti mutuo pecuniā tradidit. qz hoc senatusc̄ cōsultū ꝓhibuit mutuā pecuniā dari filijs familias ne onere debitoꝝ p̄grauati essent occasio machinandi mortem patri. si autē ꝓtra senatusc̄ cōsultū istud q̄s filijs familias nūmos tradiderit. traditos amittat. nisi ipse filius familias habeat castrēse peculium vl' quasi castrēse. eo cm̄ vtiť vt p̄familias. est aūt dictū macedonianū ſm Azo. C. eo. ti. a macedone pessimo feneratore q̄ tradēdo pecuniā. z si nō exp̄sse tamē tacite z velatis verbis suadebat de occisione patrꝭ. Et nota q̄ auxilio senatusc̄ cōsulti velleyo renūciať. vt. i. l. vl. ff. ad velley. z. C. q̄n mulier tute. off. fū. pos. i auc. mīi. ſz macedoniano renūciare ñ p̄t. vñ p⁹ ſnīaz dať exceptō ex eo. ff. ad mace. l. j. Et trō est. qz p̄mū senatusc̄ō/ sultū est fauorabile tm̄ in fauorē mulierū induetū. ſz sc̄m in fauorē filiorū familias z in odiū creditoꝝ. ff. de ꝺdi. inde. l. q̄ excep/ tionem. Nec Hoffre. de renuncia. §. renūciatur.

Senatusconsultū orphitianū ad successionē matris intestate filias vl' filios legitimos siue vulgo q̄sitos vocat. nisi mater sit illustris. cui⁹ filiū notare spuriū satis est a/ cerbū. vocatq̄ ex testamēto nepotes et neptes q̄ oīno p̄ferunť ꝺsanguineis z cognatis siue agnatis.

Senatusconsultū pagazianū statuit vt q̄n scriptus heres rogat⁹ est totā hereditatē vl' p⁹ q̄ dodrantē restituere alicui liceat scripto heredi totius hereditaťs quartā ptem retinere q̄ casu onera hereditaria sustinenť inť se z illū cui hereditas restituiť inter quez z ipm cui hereditatē restituit stipulatiōes solebant interponi vt cōicent p rata pte lucr̄ z damnū.

Senatusc̄ō. pisanianū vt si pene obnoxi⁹ seruꝰ venisset q̄n ad iudicium sit in cuz p̄ciū venditor p̄stet emptori.

Senatusc̄ō. plancianū de liberis agnoscendis loquiť. q̄ post ꝺmortiū educanť. p̄ b̄ p/ mittiť mulieri si putet se p̄gnantē denūciare marito suo infra. xxv. dies. vl'. xxx. p⁹ ꝺmortiū. ita q̄ nisi maritus custodes miserit aut ꝺtrariū nūciauerit ex se eam esse p̄gnatam cogať partū agnoscere tanq̄ suū. si so vi ipsa oppressa fuerit nullū hoc partui generat p̄iudicium

Senatusconsultū iulianū ꝺr q̄ directā sibi seruā accipiunt libertatez cū illi a q̄b⁹ libertates erant relicte a p̄tore vocari nolūt ad esse

Senatusc̄ō. silleyanū z claudianū p̄uit seruos capite. q̄ dñis suis cū vocarent oīodā opē vl' auxiliū inq̄ntū potuerūt nō tulerūt vl' ipenderūt cū ipi⁹ videret et audirent.

Senatusc̄ō. terculianum q̄ cauet matri nō auie de testi successione deferēda. vt mī ingenua triū liberoꝝ ius habens si libertina q̄rto filio succedit defuncto nō existētibo vl timis liberis vel emācipatis. nec a p̄ncetimis liberis vel emācipatis. nec a p̄ncepisset siue sit ingenua siue libertina idez ius versať Vel senatusc̄ō. terculianū dicit cum matres vocanť ad hereditates filiorū p senatusc̄ō. tercu. vt insti. de testa. per tot. z no. ff. de except. rei iudi. l. si iure. in p̄in. z maxime in. l. j. ff. eo. ti.

Be

Senatusco. trayanu. als carui anum statuit si inter plures heredes infans sit q fari no possit et ipsi rogent seruu manumitte re. no io libtas incidat. qz fari no pt ifans nec seruu pot vedere. sed estimatz ptib ser uu manumittat salua portione infantis.

Senatusco. damasianu dz. q cautu est si ab est ille iusta ca q libertate dz. et b pnciatu sit q pinde libertas ei ppetit vt si ab ipo di recte data esset.

Senatusco. trebel. a nouo iure incremetu z forma hac accepit vt excluso senatusco. pagaziano liceat hereditate restituti qrta parte retinere inc ipm z fideicomissariuz p rata portioe dimissis actionib ptra coem stipulatione. z si tota hereditate volens restituerit ad eu. z in eum oes transfert stipulationes.

Senatusco. turpilianu q statuit ne qs publici iudicij crimen intentas ab accusatione publici criminis ca ordinata. i. post inscri ptione z fideiussione data desistat abolitio ne no impetrata.

Senatusco. velleyanu inductu est in fauorem mulieru scz illaz q leuitate sua z sexus fragilitate se z sua obligat p alios fideiubendo vl obligatione in se recipiedo. p hoc senatus con. eis subuenit z cocedit vt ipse indenes seruent. z si ppenianf p tali obligatone pnt opponere exceptoez senatusco sulti velleya. cessat aut b senatusco. cu mulier renucia uit velleya. z oi auxilio. ff. eo. ti. l. vl. Et di ctu est a velleyano psule. q fuit auctor illi statuti. Et nota q mulier pt renuciare vel leyano absq alia certioratioe. vt no. i. l. iuris ignoratia. C. q admit. ad bono. poss. Et Bal. ibi distinguit tria mebra. aut mulierz intercessio vel fideiussio est fm leges. aut p ter leges. aut p. Primo casu no est querenda certificatio. cu no sit op renunciatone. ex q lege pmittete fideiussit Et sunt qnq casus Primus si intercededo aliqua pecunia reci pit. z sic se obligat. l. antiq. i pn. ff. ad vellya. Secous si secudo intercessit. l. si mulier p fecte etatis. ff. e. ti. Tertius si p dote fideiube at. l. fi. eo. ti. Quartus si p libertate alicui z i ca pia. Quintus si apud minorez intercedat. ff. de mino. l. si apd. Secudo casu aut e certificata aut no. si pmu. valet renuciatio ser uata solenitate. videlicz cu instru. pub. z te stiu subscptioe. Si secudu. no valet. Fallit tn in duob casib Primo qn fit renunciatio in iudicio valet colore et fauore iudicu. Secudo si interuenit iuramentu valet fm Bar. in. l. sciendu. ff. de v. ob. et fm bal. in auc. sacramenta pubet. C. si aduer. vend. Tertio casu ptingit g lege fideiubere duobus modis. Primo p marito no in sui vtilitate sed mariti. Secdo omissa solennitate instrumeti z testiu. Hec addit Bal. sup additiob Jo. an. in spe. ti. de dispu. z alle.

Senatusco. iunianu post vocatione ad libtate pducit ppriu heredi seruu vel emptuz siue dns ex iusta ca absit siue latitet. sine no vult manumittere sit fuil pditois scitis puatis pactis sua velit mutare snias siue coditione pena g collusore pmissa. z detegenti pmia taliter donando vt o iure patronatus nanciscat.

Senatusco sultu volusianu statuit q q ipso be in lite coeunt aut qcqd ex codemnatioe in rem ipsi redditu siue relatu sit. l. iulia o puata vi tenet.

Senatusco. fauia. in disuetudine abit itroduces adoptione fieri p tres mares adoptates. z tres intercedetes emancipatioes.

Senatusco. largitianu merito est abrogatu latina induces libertate q qs morte sua recipiebat extra libertate.

Sentetia fm Azo. i sum. C. quo z qn iudex sen. pfer. dz. Qnq pt dici cui cu q orois significatio. qnq ponit p opioe mgroz. qnq oz qcqd alicui de re alq placet. qnq est deportatio. qnq excoicatio vel interdictu. sed impropie. qz excoicatio vl interdictum poti punit q fine cause iponit Jo potius pt pena dici q snia vl diffinitio. Qnq sentetia oz qocu q iudicatis pceptu no natura. no iuri. u bonis moribz ptrariuz Et fm hac significatoez distinguit. Quia sniaruz alia e diffinitiua. alia inclocutoria. alia couentionalis. alia q oz pceptu. alia mulcta. alia dispensatonis. Et pot sic describi snia diffinitiua. Est diffinitio iudicial ptrouersie finem iponens. ff. e. ti. l. j. Et addut qdam ad diffinitione indubitata. et q nullo remedio attetari possit p. l. elegater. §. si p re iudicata. ff. de trasac. Uel sic describit sentetia diffinitiua. Est diffinitio iudicialis couersie fine iponens ex pnciatoe iudicis danatione vl absolutione ptines. Et b principale diffinit qstione vt qn auditis vtriusq ptis allegatoib ca terminat et finis principali negocio iponit qua semel lata iudex

reuocare nō potest ꝛ iudex esse desinit et officio suo fungit. ꝛ retineat iurisdictionem ad exequendū de offi. dele. c. i. lris. ꝛ c. q̄renti. Sed an corrigere possit si dicat absoluo p̄ dēno. vide Goff. i sum. ō sentē. ꝛ re iudi.

Testes sunt qs añ iudiciũ ꝙs sibi placitat z allegat. ne possit liberũ aut dissimulare aut subtrahere se. Unde etiã legati appellãtur. Jtẽ testis est rei geste ꝓbator. Sed testis cogendus est ꝙ ad testimoniũ faciẽdũ cogik. Dicunk ergo testes qz testimoniũ adhibere solẽt. sic signatorez ꝙ testamẽtum signant ꝯm Jsi. li. v. Jtẽ antiq⁹ supstites dicebank. eoꝝ sup statu cause ꝓferebank. nũc ꝑte noĩs ablata ꝑ auferesim testes dicunk. z cõsiderank ꝓditiõe. natura. z vita. vt i. c. for⁹. de ꝟ. sig. ad fi. Et est dignitas ferre testimoniũ. xxxij. q. v. ꝓceptũ. Hã testꝫ falsus trib⁹ est obnoxi⁹. ꝺo mentiẽdo. iudici decipiẽdo. z demũ innocẽti quẽ falso ledit testimonio. de cri. fal. c. j. Et debẽt testes secreto z sigillatim examiari. vt not. de testi. c. in noĩe dñi. z. c. licz vniuersis. De ꝓtrarietate testiũ est gl. bona. iij. q. ij. si testes. ꝑsi. si ꝟo ex bis ꝙdẽ. Testes etiã ꝓtinenk sub noĩe instrumẽtoꝝ. ca. ꝓuenit. de testi. cogẽ. Et testꝫ familiaris nõ admittik. c. in lr̃is. ꝺ testi. Et

ꝙliter testis absens examiꝑ. vide. c. ꝓstitu/
tus. de fideiusso. Nec testis ꝓpt̄ h̄ est infamis
cui⁹ testimoniū ꝓbet. vt in. l. luci⁹. ff. de his
q̄ no. infa. Jtē testis inuiti detēti testimoni
um nō valet. ff. q̄ testa. fa. pos. l. q̄ testimoni
um. §. vl. z glo. c. sacris. sup ꝙbo coactiōez.
de his q̄ vi me. ve cau. fi.

Testamētū ꝺr iō q̄ nisi testator mortu⁹ fue/
rit ꝓfirmari nō pōt. nec scire q̄d in eo scꝑtū
sit. clausum z signatū. Et est dictū testamē
tū. qz nō valet nisi post testatoris monumē
tū. ꝼm ysi. li. v. z describit sic Testamētuz ē
volūtatis nostre sn̄ia iusta ꝺ eo qꝺ q̄s post
mortē suā fieri vult. ff. e. ti. l. j. Et addit cum
institutiōe heredis. insti. de le. §. añ heredē.
z h̄ ꝺ vniuerso p̄timonio vt excludaꝑ singu
lare relictū z codicillus. Et ꝺr testamentū
q̄si testatio mentis. vel vltimū eulogiū. seu
vltima volūtas. Alias dictuz q̄ q̄s de reb⁹
suis disponit legatario legata assignanda.
Et diuidit. qz aliꝺ est testamētū nūcupati/
uū. qꝺ ꝓsistit in sola nūcupatiōe testatoris
nō in solēnitate scꝑture. tñ septem testes ne
cessariꝫ sunt. z heredū noīatio. insti. eo. ti. §.
fi. Aliud est in scriptis ꝓditū. qꝺ simil'r exi
git numerū. subscꝑtiōes. et signacula septē
testiū. Jtē testameti aliā diuisionem ponit
ysiꝺo. li. v. scz testamētoꝝ aliud iuris ciuil'.
aliud iuris p̄torij.

Testamētū iuris ciuilis est testamētū septē
testiū sigillo signatū. subscꝑtiōe firmatum.
qꝺ apꝺ ciues fit. z inde ꝺr ciuile

Testamentū iuris p̄torij est septē testium si
gnis signatū. z ꝺr sic. qz fit apud p̄tores ꝼm
ysi. ibidem.

Testamentū olographū est manu actoꝝ to
tū ꝓscriptū z subscriptū. vñ et nomen acce
pit ab olō. i. totū. z gphos scꝑtura vl' lr̄a. q̄i
tota lr̄a. ꝼm ysiꝺo.

Testamentū irritū est si ille q̄ testat⁹ est capi
te diminut⁹ est. vel captiuitate detēt⁹. aut si
nō rite ꝝ legē factū est. ꝼm ysi.

Testamētū ruptū ideo vocatū est. qz nascē/
te posthumo. neq; exheredato. neq; herede
noīato disrūpit. ꝼm ysi.

Testamentū surreptū est qꝺ in fraudē here
dū seu legatarioꝝ z libertoꝝ nō palā. platū
est. qꝺ si nō latet. tñ dictis p̄sonis nō puide
suppressum videt. Erāt aūt olim z tres alie
spēs q̄ hodie in vsu esse desierūt. Quoddā
erat pacificū testamētū. z appellabaꝑ calati
tomic⁹. a calos qꝺ est bonuz. z calit⁹ pax.
qz in bona pace fiebat. vl' a calatistomicijs.
h̄ est a bonis ꝓuētib⁹. a calos bonū z comi/
cie ꝓuēt⁹. vl' cōuentiōes sapientū. Bone eī
ꝓuētiōes erāt q̄ in pace fiebāt. Hā faciebant
testamēta diebꝫ feriatis. ꝓpt̄ penuriā hoim.
qz alijs diebꝫ nō feriatis erant boies in do
mib⁹ diuersis negocijs occupati. q̄re testes
nō poterāt inuenire. vl' ꝺr a calo. i. voco. ꝺa
p̄sonaꝝ vocatio fiebat. Aliud erat bellicū.
qꝺ p̄cinctū dicebaꝑ. eo q⁹ tpe p̄lioꝝ cū in p̄
liū exituri essent homies in p̄cinctu fiebat.
Postea accessit tertia spēs. scz testamentuz
per es z liberā qꝺ p emācipatōez. i. imagina/
riā q̄ndā venditionē q̄q; testib⁹ agebaꝑ et
libripēde. i. estimatore. q̄ libripēdebāt. i. esti
mabant. familiā. i. hereditatē. z emptor qui
erat loco heredis. ciuib⁹ romanis. i. liberis
boīb⁹. z puberib⁹ parētib⁹. p̄ma duo illoꝝ
testamentoꝝ penit⁹ aboleuerūt. Tertiū ꝺo
partim remansit in vsu scz q̄ ad numerū te
stiū. vicz septenariū Erāt em̄ q̄q; testes li
bripens z emptor. Et p̄dicta noīa testamē
toꝝ ad ius ciuile referebaꝑ. qz ius ciuile i
uenit illa

Testamentū inofficiosum est qꝺ frustra li/
beris exheredatis sine officio pietatis libe
ralis i extraneas p̄sonas redactū ē. ꝼm ysi.
li. v. Jtē testamētū sic etiā describit. Est di
spositio vniuersalis directa i tp̄s mortis so/
lennizata. bis q̄ ponit z reqrit lex ciuilis. vt
in. l. j. p̄alle. ꝙbigr̄a. q̄s heredē instituit vl' le
gat sub impossibili ꝓditiōe valet dispositō
z reꝟcit impossibilis cōditio. l. obtinuit. ff.
de cōdi. z demō. z insti. de here. insti. §. ipos
sibilis. z sumit significatū ex vltima volun
tate q̄ ꝓcludit testatorē voluisse deridere z
p h̄ illā ꝓditionē p obliuionē vl' aliꝫ non ex
aio apposuisse. et ex magna solēnitate testa/
mēti q̄ i ipso reqrit. z ꝓcat q⁹ testatoꝝ ñ vule
loq; frustratorie. sed q⁹ impossibilis ꝓditio vi
ciat institutōez filij ptz i. l. fili⁹. z. l. si tit⁹. ff.
de cōdi. insti. z. l. cū heres. §. j. ff. de testa. li. h̄ si
gnificatū capit aliūde q̄ ꝓcluditur viciare.
imo de cōi mō intelligēdi idē est in oi ipossi
bili testamēto z ꝓtractu. qz significat deri/
sionē z nō esse animū disponēdi. Jtē aliꝝs
legat vina q̄ sunt i penu sua etiā vasa videt
legare. l. nā qꝺ liq̄de. ff. de pe. lega. et sumit
significatū ex natura vini qꝺ p se subsistere
nō pōt sine dolio z vase. etiā ex testamento.
qz disponēs solet esse liberal'. eo q⁹ plus bo
nis suis nō indigebat. Decus ergo i ꝺctu.

si ꝙs donat vina q̄ sunt in penu sua non ve
niūt vasa. licet venirēt sumpto significato
ex cōi mō itelligēdi ꝙ p se vinū sine eis sub
sistere nō pōt. nec cōmode solui dū tm̄ vasa
nō sint maioris pciꝫ. Jtē q̄liter vltima vo/
lūtas testatoris est deambulatoria. z an vl
tima tm̄ sit seruāda nō obstante iuramēto
de nō mutādo ꝑmā. c. cū marthe. de celeb.
miſ. de succeſſ. ab inteſt. c. vlti. xiij. q. ij. c. vl
ti. z nemo pōt facere ꝙn leges habeāt locū
in testamēto suo. C. de testa. l. testādi. z. ff. de
le. j. l. nemo ꝑt. vbi tex. op. nō obstāte auc. ō
nup. §. disponit. vbi ōr ꝙ voluntas testato
ris habeſ ꝑ lege. ergo pōt derogari legi cōi
qr intelligit dū volūtas testatoris sit vnita
legib⁹ z facta ꝑm eas al's facta ꝓ eas nō cē/
seſ vice legis. Jdeo si dicit testator nō sum
pſi⁹. volo q̄ vltimā volūtatē meā valere li/
cet nō seruē solēnitates iurꝫ. nō valet dispō
vt testamentū. q̄uis valere possit iure codi
cillor. vt in dicta l. testādi. vbi glo. Jtē no
ta ꝙ de iure canonico in testamēto vel reli
cto ad pias causas sufficiūt duo testes. c. re
latū. de testa. z ꝑm Bar. z Bal. ī. l. j. C. de sa
crosanc. eccle. ius ciuile sequit. Et tz idē in
pīs causis z in terris impij. Sed in tris ec
clesie nō in pīs causis sufficiūt duo testes
cū pſbitero. c. cū esses. de testa. nō aūt ī ter/
ris impio subiectꝫ sufficiunt tres sed requi
runt septē Et sic nō in pīs causis leges ob
sequunt canonib⁹. sz tenent ad vnguē. Jtē
statutū disponit ꝙ testamēta nō valeāt nisi
sint insinuata ptāti vl' officiali ciuitatꝫ īfra
iij. menses a morte testatoris. certe testator
nō pōt ꝫ statutū tollere dicendo. volo ꝙ te
stamentū meū valeat etiā si nō insinuet in/
fra q̄drimestre officiali. Rō qr tal' insinua/
tio statuta est ad euitandū falsitatē z scien/
do veritatē testamēti Sz testator nō ꝑt re/
nunciare legib⁹ datis ad inq̄rendū verita/
tē fac. l. iubem⁹. C. de testa. l. fi. C. de fideicō/
miſ. ꝑt tm̄ testator tollere ypothecā et ne do
miniū trāseat recta via. qr z ꝫ introductuꝫ
est vt sua volūtas celeriorē finē sortiatur. z
sic cōmodo suo pōt renūciare ꝑuato. Jtez
ꝑt dare licentiā legatario intrādi possessio
nē z cā appḥēdēdi ꝓpria auctoritate ī lega/
to. qr similiꝫ hoc respicit cōmodū ꝑuatum
ꝙ req̄raſ ordo iudiciari⁹ cui testator renū/
ciare pōt. vt ꝫ oīa no. ff. de lt. j. l. nemo ꝑt. p
al. Jtē no. de his q̄ testari nō pīt z q̄ phibē
tur a lege facere testamētū. z sunt īpuberes
sꝫ masculꝰ minor. xiij. z femina minor. xij.
qr nō hīt aī iudiciū. Jtē filius familias nō
pōt testari etiā si pater ꝺsentiat nisi de pecu
lio castrēsi. vl' q̄si castrēsi. de q̄b⁹ etiam ꝑter
pīs volūtatē testari ꝑt. vt ī. c. licet. de sepl'.
in. vj. Jtem furiosus z mēte captꝰ q̄diu tal'
est. Jtē ꝓdigus cui bonoꝝ administratio ē
interdicta. Jtem mutꝰ z surdus naturaliē
. i. a natiuitate. sed si accidētaliter est mutus
z surdus z scit lr̄as pōt suū scribere testam̄
tū z codicillos. Sed si est tm̄ surdꝰ bñ pōt
facere testamentū. Jtē damnatꝰ ad mortez
sꝫ q̄ ꝺdēnatꝰ est vt efficiaſ seruꝰ pene. vt. l. j
C. de here. insti. Jtē q̄ dubitat de statu suo.
sꝫ vtrū sit liber vl' seruus pīs z filius fami/
lias. Jtem q̄ dānatus est ꝑ crimine famo/
so. sicut est crimē ꝺtra naturā vl' aliō famo
sum crimē. Jtem monachus seu canonicꝰ
regularis. Jtem q̄ ꝺmisit crimē lese maie/
statis. Jtez hereticꝰ. Jtem cecꝰ testari non
potest nisi q̄dam adhibita solennitate spe/
ciali. qr vbi verſaſ maꝰ piculū ꝺz adhiberi
maiꝰ ꝺsiliū. ō testamēto ꝓ cecꝰ quō fiat no
taſ in. l. hac ꝺsultissima. C. q̄ test. fa. poſ. vbi
hic modꝰ recepꝰ est. debēt em̄ vocari. vij. te
stes z tabellariꝰ z cecꝰ corā eis exp̄mit se vel
le testari sine scptis z debet exp̄mere noīa. ī
dicia. z dignitates heredum q̄s instituit. ne
sola noīm ꝺmemoratio q̄cq̄ ambiguitatis
pariat. z debet legata ō signare. z hec oīa
sunt scribenda a tabellario tūc corā testib⁹
vl' si essent ante scpta corā testib⁹ recitari de
bent. z cecus debet ꝑfiteri illō esse suum te
stamentū. et ip̄m dispositū esse ex sui animi
sīa. z in fine ꝺz vnusquisq̄ testiū z tiā ta/
bellari⁹ se subscribere. z testiū z tabellarij si
gnacula debēt apponi ꝙ si tabellariꝰ iueni/
ri nō poterit. octauꝰ testꝫ debet adhiberi vt
ꝑ eū capiat effectū qō ꝑ tabellariū fieri de
buit. z ꝫ testamētū ōr nūcupatiuū. lz ml'tā
similitudinē habeat cū testamēto ī scriptis
Et in q̄b⁹ casib⁹ eccl'iastica ꝑsona de bonis
ab eccl'ia ꝓcessis possit testari. habeſ no. gl.
in. c. pīti. ō offi. ordi. in ꝑbo reseruari. li. vj.
vbi bona distinctio. Jtez an clerici possint
ꝺdere testamētū. xij. q. iij. c. j. z de testa. c. q̄
nos. z. c. relatū. Et an clericꝰ vl' monachus
possit in testamēto poni tutor. lxxxvj. dist. ꝑ
uenit. xxj. q. iij. cipriānꝰ. xvj. q. j. generaliter.
Jtē testamentū rūpit natōe posthumi. q̄ si
morit viuo testatore testamētū reconuale/
scit. vt in. l. posthumꝰ. ff. ō iniust. rup. testa.

qđ est verū si testator viuit ciuiliter ꝛ naturaliter. secꝰ si naturaliꝫ ꝛ tm̄ viuat ꝛ moꝛtuus sit ciuiliter. tūc em̄ nō recōualescit. casus ē singularis in. l. q̄ vxoꝛē. ff. ō ꝓci. impa. offe. q̄ nō alle. in materia. ꝛ est mirabiliꝫ casus ille ſm Lodo. ō roma. Itē testamētū nouissimū immobile ꝓfert. ꝛ testatoꝛis obitu ꝓfirmat. c. cū marthe. §. ceterū. de cele. miſ. Et testamentū facere pōt q̄ hz annos. xiiij. in auc. vt spōsa. largi. §. j. Itē alio mō. Testamentū est lex diuina scꝑta noua vl̄ vet⁹. ꝛ sic dicim⁹ bibliā ꝓtinere duo testamenta. vicz testamentū vetus ꝛ nouū. Et testamētū vet⁹ ꝛ nouū est recipiendū a nobis q̄q̄ in pateꝛnis canonib⁹ nullum eoꝝ ex toto teneat inſertū. Et inuenit. c. int̄ canones sancti pape Jnno. c⁹ autoꝛitate h̄ docet. vt habet in. c. si a romanoꝝ. §. itē si ideo. xix. diſt. vbi subdit. Restat nimirū q̄ decretales epiſtole romanoꝝ pōtificū sunt recipiēde. ꝛ si nō sunt canonū codici cōpaginate p. c. beati leonis. xxv. q. j. oīa. q̄ ctā attribuit Damaſo pape. vbi oīa custodiri mandant.

De Ti

Tignus vl̄ tignū ꝺr esse oē gen⁹ materie lignee. vt in. l. xij. tabulaꝝ. et Azo in sum. c. tit. et inſti. de re. diui. vnō tignariꝰ dicunt oēs qui edificant

Tignus iniunct⁹. Requi. supra Actio

Tigili dicunt foramina q̄b⁹ exit fum⁹.

Thiro est nouus miles vt. C. de thiro. li. xij.

Thirus est serpens venenoſiſſimus. ō quo fit thiriaca magna.

Titubatio est cū ego bincinde duo ꝓtraria sciā. nec tn̄ alicui eoꝝ q̄ dubio credulitatē meā applico. vnde titubare ꝺr q̄s q̄n̄ suſpitionē hz sup eo de q̄ ꝓtendit. vt in. c. in nr̄a pn̄tia. de ꝓcur. ī glos. iij. Et ctiā titubare ē defectuose loq̄ vl̄ ignorant. Vñ titubans ꝓ ignoꝛāte habēdus est. C. de cōdi. inde. l. vl. ꝛ ff. de li. ho. exhi. l. iij. §. is q̄ ar. c. dño. ō se/cūdis nup. vbi glo. p ꝛ ptra. ꝛ c ꝓposuit. de cōing. ſer. in glo.

Titulus q̄n̄q̄ signū ꝺr. q̄n̄q̄ cā acq̄rēdi dominij. q̄n̄q̄ ipsa eccleſia. vt titul⁹ ſancti Petri. q̄n̄q̄ clericat⁹. q̄n̄q̄ canonicat⁹ in aliq̄ eccl'ia vñ ꝺr q̄s intitulari. i. clericari vel canonicari. Itē q̄n̄q̄ capitur ꝓ cā mobili ad dominij trāſlationē. vt ꝓ locatione. vt. c. ecclesia scē. ij. vt li. pē. Itē titul⁹ est iuſta cauſa poſſidēdi qđ nostrū ē. ꝛ sic exigit iuſt⁹ titul⁹ in vſucapione ꝛ ꝓſcꝑ. c. si diligēti. de ꝓſcꝑt. ꝛ glo. ſume. xvj. q. iij. Et tiaz titul⁹ poſſeſſori cām tribuit ꝓſcribēdi. vt. c. j. de ꝓſcꝑt. li. vi. ꝛ est vnū de ꝓncipalib⁹ requiſitis ad ꝓſcꝑtionē. Dicit etiā titul⁹ q̄libet ordo eccl'iaſtic⁹. q̄libet dignitas vl̄ ꝓlatio. ꝛ sic ꝺr q̄s intitulari in aliq̄ eccl'ia. i. ordinari. ſm Bern. i. c. dudū. de elec. ſup ꝟbo intitulatā. ꝛ. ff. si cert. peta. in rubricis.

Titulus poſſeſſiōis vl̄ poſſidēdi est initius poſſeſſiōis Et cā q̄re q̄s poſſideat vt emptio. vēditio. donatio. ꝓmutatō. q̄ ꝓ emptiōnē ꝛ sil'ia incipim⁹ poſſidere.

De To

Tochi ſm Azo. dicunt ſuſtentatōnes pauperum.

Togatos dicimus aduocatos. a toga veſte noīatos quā hēbāt oli aduocati diuerſam a ceteris. vt ꝓ h̄ cognoſcerent.

Tota. i. oīs. ff. de pac. l. si vn⁹. §. pactus. vbi idem dixim⁹.

Torneamēta dicunt q̄dā nūdie vl̄ ferie i q̄b⁹ milites ex edicto cōuenire ſolent. ꝛ ad oſtenſionē viriū ſuaꝝ ꝛ audacie temere cōgregari vl̄ ogredi. vt. c. de torneamē. ꝛ cā ꝓhibitōis est piculū aiaꝝ. ꝛ moꝛs boim inō pueniēs. vt ibidē notat

Tortura pōt q̄n̄q̄ fieri in domo. nō in iudicio. quando tabule testamenti patris eoꝝ filioꝝ q̄ familia interfecta dicebat ꝓpſ q̄ō ō ſeruis haberet aperte recitate ſunt. vt in. l. si ea queſtio. C. ō his q̄. vt indi. ꝛ ibi no. doc. circa glo. ij.

Tonſura in clerico. vide glos. in cle. q̄m de vi. ꝛ ho. cle. ꝛ xxiij. di. c. ꝓhibere. c. cleri. c. si q̄s ex clericis. c. nō liceat quēlibet. ꝛ. xij. q. j. duo ſunt.

Torrēs est aq̄ in ymbre cū ipetu. q̄ in estate torreſcit ꝛ areſcit. ſm glo. in cle. dudum de ſepul.

De Tr

Trabea ē veſtis ꝓſularis. vt. C. ō ꝓſul. l. j. li. xij. q̄ veſte etiā vtebat imꝑator. ꝛ tā se ꝓſulē vocabat. vt in auc. de ꝓſuli. ciui. colla. iij.

Tractatoꝝ erāt filij q̄ tractabāt ꝛ ꝓtractabāt. i. manib⁹ ꝓtigerūt ꝛ palpauerūt aiaꝝ publica ꝛ eccl'ia sacro vſui deputatos. vel dicunt tractatoꝛia lr̄e ipetrate ꝓ licētia vehēdi aiaꝝ alia. vl̄ lr̄e date licētie ad tractandū et puniēdū crimioſos ſm Accur. C. e. t. i Ru.

Trādere duplicē habet significationē. vno mō est rē suā in alterū trās ferre. Corpalis eñ res tradi pōt a dño tradita alienat. Q̄ patet p ethimologiā dictōnis. or eñ trado q̄si trās ferēs dominiū. z sic bñ or in instrumētis venditōis iure ꝓprio tradidit. i. transferens tradidit seu dedit. Alio mō tradere capit. p inducere in possessionē siue p ipsa corpali p̄statōe rei. vt cū or possessionē tradidit vel ipsum equū p frenū aut libruz in manibus.

Traba est instrumētū rusticum qō eq̄ndis cespitibꝫ vl̄ feno colligēdo aptat.

Trāiicere est mare trāsire. vnde or si in pōctionibꝫ mare traiiciat. i. transeat. Inō trāiectū est p mare transitus. Aetiā alio modo est nomen ciuitatis

Traiecticia or pecunia q̄ locat vel ꝑmittit alicui per mare ad quēcunq̄ locū transuehēda vel deportāda. de acti. z obliga. l. traiecticie.

Transactio est de re dubia z lite incerta nō dū finita dato aliq̄ ꝑmisso vl̄ retēto nō gratuita pactio. vt in. c. sup eo. de transac. z est idem qō ꝯpositio inter aduersarios. z lites intelligo p̄sentē vl̄ futurā. q2 an lit. ꝯtest. ꝑt fieri trāsactio. vt. ff. de ꝯdi. indebit. l. elegā ter. §. si qs post. Itē litē subaudio iustā vel iniustā. vt. C. eo. ti. l. ñ. z si qs qñ agit credit se habere iustā cām al's ꝯtrariū vt. ff. o ꝯdi. inde. in sum. vt tñ inter insistentē z resistentē vt si actor ꝑ calūniā insistat nulla sit trās actio. sed si reus ꝑ calūniā resistat valz trās actio q̄ntuz ad eū. C. eo. ti. l. sub ꝓtextu. licet aliā viā ß est p actionē de dolo vl̄ replicationē doli ꝯsulat actori. vt ibidē or. qñ reꝰ dolo induxit actorē ad trāsigēduz. z or ī descriptione nō gratuita pactio. Ideo q2 fieri nō pōt grat. imo expedit q̄ is cui fit trās actio aliq̄d det vl̄ dare ꝑmittat trāsigenti. vñ fieri debet aliq̄ dato retento vel ꝑmisso. alioq̄n transactio non ꝑcedit. z in eo qō or aliq̄ intelligit etiā de modico. q2 si q̄stio erat de re valente centū pōt fieri trāsactio p decem vl̄ p minori. nec pōt dicere transigens se deceptū. quia transigit sup incerto Itē in eo q̄ or de re dubia z lite incerta in/ z incerta est lite. i. ꝓpter litē. q̄a lis q̄diu pēdet facit rem dubiā z incertā. Hā euēt litis z iudiciorū incertꝰ est. l. qō debeā. ff. de pe/cū. vnde sup eo qō in q̄stione vertit lite pē/dente pōt fieri trāsactio. et ideo or lite nondū finita. Hā si iudicatū esset nec appellari posset. nec aliq̄ remedio sniaz retractari. ita q̄ de snia nō dubitaret certe trāsactio ñ valeret. vt si q̄s ꝯdemnat ad. x. dicat vex ē mihi ꝯdēnatū esse ad decē. z vex ē q̄ debeo. sed si vis esse ꝯtēt. v. dabo tibi in ꝯtinenti. tūc trāsactio nulla esset. z si iudicatū negaret. adeo tñ liq̄da foret ꝓbatio vt nō sufficeret negare adhuc est idē. vt. C. de pe. l. q̄ sententiā. or eñ trāsactio q̄si actōis in amicicia seu amicabilē ꝯpositionē trāsitio. trāseunt eñ a lite z ab actiōe q̄ ꝯponūt int se paciscētes cū tñ gratis nō remittit actio. sec⁹ si grat remittit q̄ casu non fit trāsactio. sed simplex ꝑ donationē pactō. q̄ eñ transigit q̄si de re dubia z lite incerta neq̄ finita trāsit. i. ꝯponit. vt ī. c. sup. e. ti. in glo. ñ. z sic is trāsit ab actiōe q̄ trāsigit. z is q̄ ꝑpe agit or trāsigere. vt. C. e. ti. l. ñ. pal. reꝰ aūt ī ꝓprie. Itē in spūalibꝫ nō valet trāsactio ꝓprio nomīe dicta. c. si qñ clerici o offi. dele. z. c. sup eo. pal. z est tex. in. c. ꝯstitut. z. c. ꝓterea. e. ti. Rō q2 trāsactio in spūalibꝫ ꝯtinet spēm symonie. ō. grā. duo litigant sup aliq̄ bñficio eccl̄iastico. puta eccl'ia vl̄ pbēda. z etiā super iure pñtandi. talis trāsactō cū sit super re sacra nō valet qñ alter illoz dat alteri. x. vl̄. xx. annuatiz vt cesset a lite. z alter obtiet eccl̄iā seu pbendā seu ius pñtandi cuz sit annexū spūali. ergo species symonie est vbi aliq̄d datur vl̄ ꝑmittit siue retinet in talibus vt possideat. al's ꝑcederet ī spūalibꝫ nullo dato retēto vl̄ ꝑmisso. Sed tūc ꝓprie nō est trāsactio sed circa talia valz trāsactio tali mō sumpta. sumit aūt aliter z largo modo trāsactio. put est amicabilis cōpositio. z sic pōt fieri in spūalibꝫ. vt in. c. statuim⁹. ō trās ac. ar. c. nisi essent de pben. z. c. vl. de rerū p mu. et hoc dū ex vtraq̄ ꝑte det spūale. auctoritate tñ superioris vt si aliq̄ litigent sup ecclesiꝭ z epūs vl̄ archiepūs cōponat eos in/re. Itē nō valet transactio in subiectōe spirituali. c. ꝓterea. ñ. eo. ti. Subiectio eñ est spūale q̄d. z ideo aliq̄ dato vel ꝑmisso. siue retēto remitti nō pt. ꝓbigra. Iste subiectus est ꝑmo abbatie tali scz eccl'ie sancti Petri mō vult trāsigere. i. dare. xxx. solidos. vl̄ aliud in certo censu vt sit exemptus ab abbatie subiectiōe. q̄ cēsus est licet esset recognitio debite subiectiōis. c. oīs aīa. de censi. tñ nō valet talis transactio ꝓpter subiectiōez.

sed si gratis vellet ꝺs aliquã eccl̃iã exime re subiectã bñ posset ex eo annuatim aliꝗd accipe. nec esset symonia. c. cõstitutis. ꝺ re/ li. domi. vl̃ sibi ꝓstituere soluendũ censum in recognitiõez dominꝝ. vt in. c. oĩs. pal. vl̃ ad indiciũ ꝓcepte libertatis vt. c. recepim⁹ de pul̃. Item in matrimonio cõpositio vl̃ trãsactio nõ valet. c. fi. de transac. Et nota duas regl̃as Prima affirmatiua q̃ in oĩ causa criminali. vel in oĩ crimine p q̃ venit imponenda pena sanguinis licitũ est trãsi gere. excepto crimĩe adulterꝝ. Ratõ huius regule. quia vnicuiq; licz redimere sangui nẽ suũ. Sed rõ exceptionis est frequentia criminis adulterꝝ. xxxij. q. vij. ꝺd in oĩbus grauius. z de iudi. c. at si clerici. §. de adul terꝝs. Scõa regl̃a negatiua q̃ in alĩs cri miniby in ꝗby nõ venit pena sanguis nõ est licitũ trãsigere. excepto crimĩe falsi. in q̃ ꝑt trãsigi. Rõ regule est ne delicta maneãt im punita. Rõ ꝓo exceptiõis. q2 nõ ꝑt maius crimẽ imponi q̃ falsitatis. qõ adimit oẽm honorẽ. Et hec dicta ꝓcedunt de iure ciui li. iure nãq; canonico nõ licet trãsigere sic. q2 ibi nõ venit pena sanguinis imponẽda. Itẽ trãsigi nõ ꝑt sup alimẽtis nisi aucto/ re ꝓtore. ff. de trãsac. l. cũ bñ. in sum. Ergo nota q̃ ꝗdam sunt in ꝗby nec ꝓpositio. nec dispẽsatio. nec trãsactio locũ hz. Quõ enim posset fieri p amicabilẽ ꝓpositionem. vl̃ di spositionẽ. vel p trãsactionẽ. vt vir dimissa vxore aliã supinduceret. vl̃ vt monach⁹ ta/ lis existens ꝓpriũ haberet. de sta. mo. cũ ad monasteriũ. vl̃ vt subiectus in subiectõe p durans dño nõ obediret. vl̃ superiori in lici/ tis z honestꝫ. In his ergo cũ si. trãsactio lo cum nõ hz. vt. c. fi. e. ti. Effect⁹ aũt trãsactio nis est vt oĩa instrumẽta ad cãm spectãtia sup q̃ trãsactũ est ne ꝺcꝺ aliꝺ ẽ qõ opẽ ꝑti bus ferre poterat ꝺ sit vacuũ et oĩ veritate cassatũ Et sola trãsactio validũ ꝑpetuũq; robur obtineat. vt. c. j. e. tit. ſm Boff. i sum. de transac.

Effectus transactionis

Trãsfuga ꝺr q̃ trãsit ad hostes.

Trãslata legata dicunt̃ que testator legata/ rio adempta transfert in aliũ. scz auferẽdo ab eo cui ꝓmo legauerat.

Translatio est de sede ad sedem facta cõmu tatio. vt cum episcop⁹ de vna sede ad alias transferr̃. Unde qõ hic appellat̃ translatio alibi dicit̃ mutatio. vt. vij. q. j. mutatões. vl̃ sic. Est ab vna ecclesia ad aliã regulariter transitio. potest cũ aliq̃s de minori eccl̃ia ad maiorẽ transferri. Nam q̃ ꝓbibit ꝺ mi/ nore. ad maius ꝓhibit. vt. xciij. dist. legim⁹ in fi. et hoc maxime de trãslatiõe episcopo rũ. Unde trãslationũ due sunt cause. Pri/ ma vtilitas. cũ in sua eccl̃ia infructuosus ẽ Secunda necessitas. vt eũ ꝓsecutionẽ pa/ tiꝝ z hostilitatẽ. Et sunt tres cause trãsitus Prima lenitas. Secũda cupiditas. Ter/ tia humilitas. de ꝺ Boff. in sum. eo. ti.

Trãsmigrare. est de loco ad locũ trãsire.

Trapezeta. i. campsor vl̃ mercator. xxiij. di. in noie domini

Treuga est securitas prestita pson̄is et reb⁹ ad tempus. discordia nondum finita. vt ꝺ treuga et pace. ca. j. sed pax. Require supra de ꝑ.

Tribunal ſm Boff. est locus maiorũ iudi/ cum q̃ habent merum impiuz ſm Azo. in sum. C. de iurisdic. om. iudi. vel est loc⁹ vbi iudex ꝓ tribunali sedet. qui alꝺs forus vo catur. de verbo. signi. forus. z est glo. in. c. j. de re iudi. li. vj.

Tribunus plebis est plebe⁹ magistratus sic dictus. quia populus romanus olim erat diuisus in tres partes. z ex singulis singu/ li tribuni ꝓcreabanꝫ. vel q2 tribuni suffra/ gio ꝓstituebanꝫ.

Tribunus q̃rituz. i. militũ erat rege exacto ante dictatores q̃ ꝓfuit equitatiby posit̃ partim ex plebe. z ꝑtim ex patriby. alias par tibus militum creati sunt tribuni consula ri potestate.

Tributũ est census qui ꝑstat ratõne soli p/ priꝫ a possidentiby Dicitur aũt tributũ ꝺo quia militiby tribuebat̃. qui expeditiõi pu/ blice vacabãt. vnde z stipendiũ appellat̃. vt ff. de ꝟbo. signi. l. ager. z. ff. de pub. z vecti. l. j. §. hic titulus. sup verbo impendãt. in glo. Et in tribus nõ habet locuz ꝓscriptio. xvj. q. iij. §. potest. ij. ꝟsi. adhuc. C. de ꝓscrip. xxx. anno. l. comperit nec cõpensatio. C. de ꝓpẽ sa. l. in ea. z. l. ꝑcedẽ. z. ff. de iure fisc. l. auferr̃ §. qui cõpensationez. vbi dicitur q̃ in alĩs duobus mensibus ꝓbato debito fit recõ pensatio cum fisco ꝑterq; in tributis et i sti pendijs

Tributarij dicunt̃ a tributo. qõ a tribulati one deriuatur.

Tributaria actio. Require supra de Actio nibus.

Triens est tertia pars assis quattuor consti/

nens vncias.
Trienniū est tempus triū annoꝝ. vt. c. j. ō p̄
scrip. ⁊ indicit triennalis p̄scriptio que cōi
ter currit in vsucapione.
Tricenniū est tēpꝰ. xxx. annoꝝ. Jñ tricēnal'
p̄scriptio. vt. c. vigilanti. eo. ti.
Triplicatio est que duplicationez infirmat
⁊ adiuuat actorē. ⁊ sic deinceps q̄druplica
tio ⁊c. Req̄. supra Duplicatio
Tripondius est as triplicat⁹. scilicz. xxxvj.
vncie.
Triū viri capitales dicunt q̄ carceris habe
bant custodiā quorū interuentu aīaduer
tendū erat in quosq; homīes facinorosos
quos etiā dicimus stratores a stringendo
quia in carcere custodiendos ⁊ reos dāna
tos puniebant.
Triū viri monetales dicunt. vicz eris ⁊ ar/
gēti. vl' auri ꝺstatores qꝝ frustra liberos ex
heredat ⁊ sine officio natural' pietatz in ex/
traneas p̄sonas reductū est. ℔m vsi. li. v.

De Tu

Tugurīū dicit esse tectū qꝺ rebus vrbanis
vl' rusticis custodiēdis est deputatū. vl' ꝺr
oē edificiū qꝺ magꝭ ꝺpetit rusticis q̄z vrba
nis edib⁹. ⁊ ꝺr q̄si tegulariū eo q̄ tegat. ff. ō
ver. sig. l. domus.
Turtibuli. al's tibuli siue tiguli dicunt foza
mina p q̄ exit fum⁹ caminoꝝ. ⁊ idez dicunt
fenestre q̄bꝫ calor balnei euapozat.
Turpia verba. i. diffamatoria. Di sunt spe
cialia vicīāt legatū vl' institutionē sz nō ex/
heredationē. sed generalia turpia sūt apta
punitiōi. ideo dispositionē punientē nō vi
ciant. nō aūt sunt apta honori. ideo dispo/
sitionē honorantē viciāt. nisi vbi volūtatē
disponēdi significāt. ℔bi gr̄a. testator dicit
sic. Titio furi homicide vl' adultero lego.
⁊. legatū nō valet vt. l. turpia. ff. de le. j. quia
his ℔bis testator diffamat legatariuz. et sic
sensus est vt q̄ magis eū vult grauare dif
famādo q̄z honorare. si volet valere legatū
lex ciuilis hanc volūtatē nō admittit i odi/
um diffamātis. vt in. l. turpia. ꝑall. Sz ibi
testator dicit. fil⁹ me⁹ ip̄ūssim⁹ male de me
merit⁹ heres esto. valet istitutio. l. his ℔bis
§. j. ff. de here. insti. qꝝ siue sit verū siue falsū
q̄ sit impūssim⁹. cōtat tñ de p̄sona. et rō est
diuersitatis in ℔ casu ⁊ in p̄cedenti. qꝝ ꝑm⁹
casus est in ℔bis specialib⁹. secūd⁹ aūt i ge/
neralib⁹. alij dicūt q̄ in casu p̄cedēti valet
legatū sicut in isto. qꝝ ꝺstat de p̄sona et ō le
gato ei facto. nisi aliud ꝺstet testatorē volu
isse. vl' nisi lex ciuil' sic disponat. vt supra dī
ctū est. Jtē ibi. filiū meū latronē et gladia/
torē exheredo. valet exheredatio. l. ⁊ si pepe
rit. in p̄n. ff. de lib. ⁊ postu. Rō q̄re valet ex/
heredatio ⁊ nō legatū vl' istitutio sic facta.
qꝝ ℔ba diffamatoria apta sunt exheredatō
ni. cū sit ad penā vl' ad p̄uationem bonoꝝ.
Sz sec⁹ in legato vl' in institutiōe.
Tūc significat extremitatē tp̄is. l. si is lega/
tū. §. sed si ita scriptū. ff. de cōdi. ⁊ ℔ facit
ad questionez notandā. Di q̄s ita testat⁹. si
pator nō venerit in italiaz infra q̄nquenni
um heres me⁹ tūc. ⁊. det titio. impator mo/
ritur p̄mo anno an Titius potest petere. ⁊
Solutio. certe nō. nisi post q̄nquēniuz. ad
hoc semp allegat⁹ text. ꝑalle. ⁊ ℔ q̄ tēpꝰ appo
nit⁹ in ꝺditione potestatiua. Di ℔o in cōdi
tione casuali apponit⁹ si deficiat nō expecta
tur. l. hoc iure. ff. de ℔. ob. Fallit nisi addat⁹
dictio tūc. ⁊ huic exceptū est de elec. cōmis
sa. li. vj. vbi de hoc
Tutela ℔m Azo. in sum. est vis et potestas ī
capite libero ad tuendū eum q̄ ꝓpter etatez
suā sponte se tueri nequit a iure ciuili data
ac p̄missa. vt insti. de tute. §. est aūt. vis aūt
dico de facto. ⁊ potestas de iure vt talis sit
tutor q̄ ꝓpria imbecillitate ñ impediat. nec
a iurisdictiōe repellat. quales sunt pupill⁹
furiosus ⁊ q̄ ꝑpetuo morbo laborāt. illi p/
pter imbecillitatē corpis vl' animi tutores
esse non possunt. Sed femine q̄ q̄uis sci/
unt res administrare pupillares ⁊ ad id ex
periendū vires habeant. tñ a iure instituti
onū nō admittunt.
Tutela testamētaria. est q̄ pat⁹ dat filio tu
torē in testamento.
Tutela datiua est q̄ vn⁹ datus est tutor fi/
lio in testamento. et vn⁹ extātib⁹ ꝺsanguine
is idoneis ad tutelam iudex ex officio suo
dat tutorem.
Tutela legitima ē q̄ defert⁹ a lege ℔m quam
nullus datus est.
Tutor filio in testamēto qui p̄mo loco ꝺbe
ret ei succedere ab intestato tenet⁹ suscipe/
re tutelam hui⁹.
Tutele actio directa et contraria. Req̄re su
pra Actio.
Tutor est qui pupillū vel pupillam morte
p̄ris vl' emācipatiōe sui iuris factum vl' fa
ctā tuet. differt aūt a curatore. qꝝ tutor dat

impuberi. curatoꝛ ꝓo puberi vl̃ adulto scz furioso. pdigo. surdo. muto. et similibꝫ q̃ rebus suis ꝑesse nõ possunt. Item tutoꝛ q̃nq; dar̃ a iudice. q̃nq; a testatoꝛe. Dar̃ em̃ a testatoꝛe ꝛ ꝑfirmar̃ decreto iudicis vl̃ ꝑsidis etiã dar̃ inuito sed curatoꝛ nõ nisi volẽti ꝑ terq; ad litẽ. Item tutoꝛ nõ dar̃ certe rei vl̃ cause sec⁹ in curatoꝛe. imo tutoꝛ ꝑncipaliꝫ dar̃ ꝑsone ꝛ secũdario reb⁹. Sz curatoꝛ ꝑmo ꝛ ꝑncipaliter dar̃ reb⁹ ꝛ secũdario ꝑsone. Et nota q; q̀dam est tutoꝛ legitim⁹. quidam fiduciari⁹. quidã testamẽtarius. q̀daz onerarius. Tutoꝛ fiduciari⁹ est qui pupilli emãcipati cui⁹ pater q̃ eum emancipauit tutoꝛ erat legitim⁹ eo pre mortuo tutelã accipit cũ mortis tpe erat in patris potestate verbi gra. Titius duos filios habuit. scilz Seyum ꝛ Meuiũ. Seyus fuit maioꝛ annis Meui⁹ fuit pupillus. seyum habuit in potestate. ꝛ meuiũ emãcipauit. ꝛ ipse tutoꝛ eius erat ꝛ mortu⁹ est eo patre mortuo. sey⁹ frater meuij pupilli fiduciarius est. emãcipatiõe em̃ peritius agnatiõis ne fratrꝭ sui frater legitim⁹ tutoꝛ esse possit tanq; prim⁹ agnat⁹. sed fiduciarius bene. et sic tutoꝛ fiduciarius est frater fratris sui emancipati. vt patuit. sed si pater emancipet vnũ de filijs suis impuberẽ eius est legitimus tutoꝛ ꝛ mortuo patre filius alter maioꝛ fiduciarius tutoꝛ appellar̃.

Tutoꝛ legitim⁹ est q̃ lege ꝓcipiente pupilli nanciscit tutelã. q̃les sunt ꝓmi. agnati. et cognati. Regulariter em̃ traditũ est ꝑm leges vt ad quẽ spectat emolimentũ hereditatis alicui⁹ pupilli. ad eũdẽ ptineat et on⁹ tutele ei⁹. nisi forte sit mulier q̃ bñ vocar̃ ad hereditatẽ morientis. nõ tñ ad tutelã suspitis. qz tutrix esse nõ põt

Tutoꝛ onerari⁹ est q̃ dar̃ pupillo vt ipm defendat a vexationibꝫ alioꝛ. vl̃ dar̃ nouitatꝭ gra vt alios tutoꝛes instruat. c. venerabilẽ de clec. in glo. super ꝓbo aduocatis. vl̃ honorari⁹ ꝺoꝛ dar̃ cã honoris nõ administrationis. ꝛ tales nõ habent on⁹. vt reges. ꝓncipes. comites. barones. q̀bus admittunt filij causa honoris. ideo illoꝛ tutela vacationez nõ prestat. insti. de excu. tu. vel cu. §. item tria onera.

Tutoꝛ testamẽtari⁹ ꝺoꝛ q̃ ex testamẽto dar̃ tutoꝛ filio a pre pupilli. scz q̃ actu in testamẽto noiar̃ ꝛ assignar̃.

Tutoꝛ suspect⁹ ꝑm Azo. in sum. C. ti. ꝺoꝛ iste q̃ moꝛibꝫ talis est vt suspect⁹ sit. nõ ei facultas ꝛ pauptas fraudulẽtia vl̃ callida cõuersatio ĩ rebꝫ pupillaribꝫ suspectũ tutoꝛes cõmendant vl̃ cõmittãt. Item in auctoritate ꝑstãda ꝑ tutoꝛẽ expediẽs est vt loquar̃. facit. l. j. §. penul. de tute. zinsti. q̃ tuto. ĩ testamẽto dari poss. in glo. j. Et facit ℞ ad subtilẽ q̃stionẽ ꝑm Bar. Pone pupillo est delata hereditas extranei. q̃ sciente ꝛ patiẽte ipso tutore habitauit in domo cuiusdã defuncti q̃ delata est sibi hereditas. q̃rit an ꝑ hoc ꝓbebar̃ aditio hereditatis. ꝛ vtrũ patiẽtia ꝛ scientia tutoꝛis auctoritatẽ induxisse videar̃. ꝛ an in auctoritate sit necesse q; tutoꝛ loquar̃. Et apparet ꝓmo q; sic. nã talis act⁹ habitandi ĩ domo defuncti in eo q̃ põt ꝑ se adire hereditatẽ induceret ꝑsumptionẽ aditiõis. ꝑ hoc facit. l. gerit. ff. de acq̃. here. Sz pupillo q̃ nõ potest adire sine auctoritate tutoꝛis talis actus absq; tutoꝛis auctoritate aditionẽ non inducit. vt. l. patuit. ff. de iur. deli. Sol. ꝺy. dicit q; scientia aut patiẽtia tutoris auctoritatẽ nõ inducit. et sic ex illo actu nõ ꝓbar̃ aditio nisi forte tutoꝛ q̃nq; mãdar̃ set pupillo vt aliq̃d faceret ĩ illa domo. Tal̃ exꝑssio mãdati autoritatẽ inducit vl̃ etiã nisi pupill⁹ diu stetisset ĩ domo. ſ. ꝑ spaciuz decẽ annoꝛ. qz ꝑ ℞ ꝓbar̃ aditio. q̃li oĩa fuissent solenniter acta auctoritate tutoris.

Vacantia bona ꝺi

Vacant ea bona q̃ ꝺñm nõ bñt. vel q̃ fisco vl̃ ꝺñio alic⁹ applicant. Hõ ꝛ tingit mltis modis. Q̃nq; si ꝺs itestat⁹ decedit vl̃ q̃ testari nõ põt. vl̃ faciat ꝑt q̃ hereres suus ei succedere nõ põt. vl̃ etiã vbi alꝭ de ꝓsuetudine bona alicui⁹ ꝺñio applicant tũc ꝺicunt vacare bona.

Vacans possessio. Reqre supra Possessio.

Vagabundus est qui non habet domicilium. sed hodie hic est. cras alibi. l. iij. §. pretor. ff. de dam. infec. Sed quasi vagabundus est q̃ habet domiciliũ. sed raro morat in eo. ꝛ vagar̃ hinc inde. Et quõ cõueniant isti habetur in. c. fi. de so. ꝓpe. in glo. j. ꝛ ibi nota.

Valitudo ꝺoꝛ infirmitas in vno significato c. q̃m frequenter. vt lite nõ ꝓte. ꝑ Innoc. ꝛ Hosti. c. fi. de testi. l. ij. §. si ꝺo valitudie. ff. si q̃s caut. ꝛ. l. vir q̃ morbo excus.

Valitudiarij dicunt infirmi q̄ freq̄nt egrotāt. vl̄ q̄ laborāt p lucida intualla. vt q̄ mō sani sunt post horā infirmi.

Varicosus ōr curuus. a varice neruo ꝓtracto. q̄ neruꝰ in senectute reddit hoiem varicosum ⁊ curuū.

Vasallagiū ſm Spe. in ti. de feu. idē est qō homagiū. Nō em̄ in frācia ōr homagiū. in italia vocaṫ vasallagiū.

Vasallus est feudatariꝰ. ⁊ ſm vulgare, puincialiū nobiles feudatarū vasalli dicuntur Plebeꝰ vo hō medius nūcupaṫ ſm Spe. ⁊ vasallus nō potest vendere feudū sine voluntate dn̄i. ⁊ dū vendit debet rogare dn̄m suū q̄ ab eo recipiat. ⁊ alterū emptorē inuestiat. qō si dn̄s denegat ⁊ eū exorare nō pōt det emptori alia bona eq̄ualēria tali feudo iniuste vendito. de h̄ in. c. q̄ in eccl'ia⁊. ō cō sti. ⁊ i vsi. feu. p tot. Et hoc verū nisi ille cui vasallus feudū alienat velit supportare oē grauamē vt in. l. murilegulo. C. ō murik. li. ij. facit. l. ij. in ꝑn. ff. so. ma. ⁊ sic vasalluꝰ possit aliꝯ in feudū dare suū feudū. etiaz inuito dn̄o. qō videt nō esse verū ⁊ ō casum in. c. j. ō duo. fra. Sz q̄rik a q̄ cognosci debeat cā feudi. Pro q̄ no. q̄ ſm iaco. ō bel. cui p oīb stak. in h̄ distinguik. Aut loquik de vasallis minoribus. aut maioribus. si maioribus vt sunt duces. comites. marchiones. capitanei. q̄ īmediate ab imperatore inuestiunt. tunc ō cō troversia imperator cognoscit. c. j. de lecora/di. i vsi. feu. Idē cora rege de imediate a re ge infeudatis. Si de minoribus q̄ ab inferiore habent feuda. vt militibus aut nobilibus. Hoc tripl'r Aut vertik questio inter duos vasallos. aut inter duos q̄rum alter ⁊ alter nō est vasallus. aut inter dn̄m ⁊ vasallum. si ꝑmū. aut constat ambos esse vasallos. litigant tn̄ de pte feudi vl' finibus. sic est ꝓclusio j. apud quē vl' q̄s ca. feu. deter. aut ꝓstat de vno tn̄ nō tn̄ ō altero q̄ nihil habet nisi id de q̄ questio vertik. tunc p ptes curie debet cā termīari dicto. c. j. apō quē vl' q̄s ⁊c. aut nō ꝓstat ō aliq̄ horꝫ p certo. Quia ambo nihil habēt in feudū nisi illō de quo q̄stio est. hoc dupl'r. aut ptendūt se inuestitos ab eodē. vl' a diuersis dn̄is. Si secūdū iudex cō petens erit ordinariꝰ loci vl' delegatus. c. ij de le. cora. in ꝑn. in vsi. feu. Si ꝑmū h̄ duplic'ter. aut vterq̄ dicit feudū suū ꝑtinuz. i. sibi ꝓcessum. ⁊ sic iterū ordinariꝰ erit iudex dicto. c. ij. Aut vterq̄ dicit fuisse suoꝝ pgenitoꝝ sic dn̄s cū curia sua ꝓgnoscit non tn̄ solus. palle. c. j. Aut vnꝰ dicit feudū nouuz scz ipm inuestitū alter antiquū scz suoꝝ p/genitorū. ab eodē tn̄ dn̄o. tūc olim ordinariꝰ ꝓpetens erat iudex hodie p pares curie cognoscik. et sic finaliter ꝓcludik in ꝑmo casu ꝑncipali q̄ solū vno casu cognoscat dn̄s ō cā feudi scz q̄n ꝓstat ambos esse vasallos. Sc̄do cā principali tenek glo. in. c. Leteꝝ. de iudeis. q̄ dicit in cā ordiariū loci i q̄ feudū sitū ē ꝓgnoscere debere. Tertio casu iteruz p pares curie si repiri pn̄t. si nō eligank aliꝯ. Et tales erūt iudices ordinarij q̄b⁹ lex dat iurisdictionē ordinariā. Ideo sedebūt p tribunali ⁊ seruabūt iuris ordinē. Si ñ habēt tribunal eligere pn̄t. Et eo ipo q̄ dominꝰ iudicat etiā snīaz ꝑtiā executiōi mandare ꝑt. qz feudū ōr suū territoriū. Itē ſm glo. c. romana. §. debet. de ap. li. vj. ꝓcludik si vltra dn̄m feudi est alius ꝑtimꝰ imediatus ad hūc appellaṫ a snīa dn̄i feudi. Si talis nō sit tūc ad ordinariū loci in q̄ res situaṫ spectat. qz dn̄s feudi est tali subiectus. vt §. debet. pal. Nā in vsi. feu. tex. est q̄ in tali casu ad ipatorē appellandū sit. Et sic sentit Bal. tacite. Primū tn̄ magꝭ placet doctoribus. vt notak in dicto. c. Leteꝝ. Et intelligunk p̄dicta q̄n est q̄stio de feudo. Sz secꝰ est dū q̄stio ꝑtitur de ꝓgnitiōe feudi. scz ad quē ptineat cognitio eiꝰ. Talis em̄ nō ptinet ad dominū feudi. siue sit ecclesiasticꝰ siue secularis. alꝫ esset iudex in sua cā ⁊ ō tutū ti. C. ne q̄s in sua cau. qz sic cognoscēs ō cognitione feudi in casu q̄ sibi adiudicaret cognitionē talē deberi. Cōsequēter de ꝑtinetate feudi sibi adiudicaret. Debet ergo supior ordinariꝰ. vl' alk de hoc cognoscere vl' iudicare. vl' ptes arbitros eligere debent q̄ cognoscant vt notak in. c. verū. in glo. ij. ō fo. ꝓpe. Et ibi glo. q̄ vtrū et q̄n secularis iudex possit negligentiā supplere ecclesiastici in cognitiōe tali.

Vates mō sacerdotē. mō ꝓpham. mō poetā significat. xxj. dist. cleros. post colūnam.

Vasa ire sunt oēs peccatores. vt. xxiij. q. iij. nabuchodonosor. vbi dic. vasis ire nunq̄ deꝰ redderet iteritū si nō spōtaneū inueniretur homo habere peccatū

Ubaldi sunt homines certi. et signanter

clerici vel canonici terre vel eccleſe alicu/
ius de quib⁹ in.l.j.C.de col.illi.vbi dicit q⁹
collegium vbaldinorū nō potest constitue
re syndicum

De Ve

Vectigal est tributū quod p̄statur ō rebus
que vehunt vel omnib⁹ negocijs manuū a
vehēdis mercibus dictū.idē est qđ naulū.
vt.ff.de pub.z vect.l.j.§.hic titulus. Et ſm
Azo.in sum.C.eo.titu.vide supra Tribu/
tum.
Vector est portitor qui vehit. Et vectores
sunt non solum q̄ vehūt sed etiā qui vehū/
tur in naui ſm Azo.in sum.C.eo.tit.z.ff.ad
le.ro.de iac.
Vectores possunt dici siue habeāt merces
siue nō.dū tñ opas suas magistro nauis ex
hibeant ad nauigandū. Et sunt q̄nq⁹ noīa
q̄ p̄stant actū z passionē vt hospes zeloty
pus. Reḍ.supra A.
Vectura.i.vectigal siue naulū.
Vehiculuz.ſm.l.duodecim tabu.est via in
octo pedes ex transuerso amfractu.xvj. qđ
nō est necessariū i actu. Jus trahēdi ligna
lapides ve p̄mittitur habenti actū sed; via
nisi specialiter cōuenisset de hoc in actu.vi
de infra Uia.
Ue.p et ponit interdū.vt in.l.si funduz.sub
ditione.§.his verbis.ff.de leg.j.
Vel etiā ponit p et interduz.vt in.l. Sepe.
ff.de ver.sig.z.l.cum q̄dam.C.de ver.signi.
Etiam ponit alternatiue.vt in.c.inter cete
ras.de rescrip.
Venatio q̄d fit habes ſm Soff.in sum.ti.ō
cle.vena. Et est triplex.scilz oppressiua. are
naria.z saltuosa. Oppressiua est hoīm de q̄
dicit. Cepit nemroth esse robustus vena/
tor coram dño.id est extinctor et oppressor.
Et sic venator est hominū exactor z oppres
sor q̄ aliquē venatu oppримit. Arenaria est
que fit i arena.vt cum q̄s locat opas suas
vt pugnet in arena cū aliq̄ bestia dentata.
hanc q̄ exercet peccat grauiter.nisi eam ex
erceat gratia virtū expiendarū. vt.ff.de po
stulan.l.j.§. Item senatus.z.iij.q.vij.tria.
p̄si.infames.circa p̄n. Et de hac loquitur.
lxxxvj.dist.qui venatoribus.cū duobus.c.seq̄n
tibus. Saltuosa est que fit in siluis z salti/
bus ad capiēdas feras.z hec est licita. Sz
quomō in clericis liceat in p̄tijs p̄sonis ve
nari deficiēte familia.z vēdere.cū illud nō
sit vagari sed necessitati et vtilitati eccleſie
subuenire ad qđ tenent clerici.vij.q.j.pre/
sentiū.z glo.cle.ne.in agro.de sta.mo.i ver
bo p̄sonale.z ibi concor.z ergo venatio sal
tuosa est illicita ex tēpore z p̄sona Ex tēpo/
re vt in q̄dragesima z sabbatinis noctibus
xxxvj.dist.an putatis. Ex p̄sona vt in cleri/
co.in quo tñ distiguēdū est quoniā episco/
po semp est illicita.xxxiij.dist.in. quorūdaz
Alijs p̄o clericis licita ē cā necessitat;.vti/
litatis.z recreationis.cū retibus.laqueis.
z canib⁹.dum fit cum silentio et modestia.
Nā etiā monacho licet texere lina p̄piscib⁹
capiendis.vt de p̄secra.dist.v.nunq̄. vide
Soff.in sum.de cle.vena.
Vendere est rē p̄o certo p̄tio dare.z sunt
bona debitoris vēdēda si vrgeat es alienū
z dilatio damnū sit illatura creditoribꝫ. vt
in.l.fulcinius.§.adeo aūt.ff.q̄.ex cau.i pos/
sess.eatur.
Venditio est de re que habet ꝓmertiū.z so/
let poni in instrumētis qđ p̄mittit vēditor
emptori rem vēditam legitime defendere.
auctorizare.z dis bzigare.q̄ verba debēt sic
itelligi q⁹ si de re ipa lis fuerit facta.orta si/
ue mota emptori.vendtor teneat rē in ipa
lite legitime.scz ſm leges defendere.auctо
rizare.id est auctor litis fieri.siue p se litem
agere vl dis bzigare.id est litē expeditaz ab
omni onere reddere. Item nota qñ vēditor
est cert⁹ q⁹ rei vendite pars est ei p̄tia.z ps
conditicia.id est alicui cōditioni vel alteri
domīo subiecta.ignorat tñ que et quanta.
tūc ponit in instrumēto venditōis. sic q⁹ p
tium in ppetuū.qđ cōditiciū dño subie/
ctum.hoc est dicere q⁹ est p̄tiū in hac re.et
habeas vt p̄tiū in ppetuū.sed q⁹ cōditiciū
habeas cū ea cōditione ad quē ptinet. Item
ſm Azo.in sum.C.de pe.z cōmo.rei vend.
z Soff.in sum.de emp.z ven.tradit talis re
gula rotūda et quadrata. Cum vēditio fit
pure sine scripts certe speciei.que degusta/
tionē non recipit.oē piculū spectat ad em/
ptorē.excepto casu publicatōis. nisi pactū
culpa.mora.calliditas. vl traditio intercue
nerit.z quodlibet p̄bū huius regule hz ſe
pōd⁹ de q̄ vide Soff.in sum.vbi supra.
Vendicare est corā iudice dicere vel intēde
re rem esse suaz vel allegare.vt qñ q̄s dicit
hec res est mea.z est idem qđ intentare scz
ad hoc solū intendere vt res sua declaret.
z sibi dominiū applicet.

Be

Velum est q̄ dupler. scz ꝓsecratiōis. ordiationis. plationis. z pfessiōis. Professiōis suscipit a ꝑgine vel corrupta cū pfitet de alta ri vl̄ de manu. in. xx. anno ad mīn⁹. xx. q. j. z. c. j. z. q. ij. puella. Consecratōis imponit in xxv. anno. vt ea. q. j. placuit. z. lxxvij. dis. placuit. Potest aūt ꝓsecratio ꝑginū fieri i die epiarū. in albis paschalib⁹. i. tota septima/ na paschali. in apl'oz natalib⁹. nisi sint grauis languore detēte. tūc em̄ alīs tēporib⁹ pñtimo etiaz alīs p̄cipuis festiuitatib⁹ z dieb⁹ dñicis. vt. c. j. de tēp. z q̄li. ordi. Uiduas aute nullus pontificū velare p̄sumat. xx. q. j. de votis. in fi. Sed ipsemet velū suscipiat de altari. xxvij. q. j. viduas. q̄ capitib⁹ suis ipo nant. z. c. platū. de his que vi me. ve cau. fi. Eps corrupte velū imposuisse videt. tñ solū imponere simlr̄ auit. Ueluz aūt religiōis vl̄ vestē religiosaz de manu p̄sbiteri sume/ re possunt. xx. q. j. vidua. sec⁹ de velo ꝓsecrationis q̄ solenniter a solo epo soli virgini solennib⁹ diebus imponit. Tertiū est velū ordinationis. q̄ olim dabat dyaconissis i rl. anno. xx. q. j. sanctimoniales. xxvij. q. j. diaconissam. Quartū est velum platiōis. q̄ olim dabat abbatissis in. lx. anno. x. q. j. iuuenculas.

Venditi actio. Req̄. supra Actio vēditi.

Venia etatis dat mlieri in. xvij. anno z viro in. xx. l. fi. z. l. oēs adolescētes. C. de his q̄ veni. eta. impe. z tū maioz etas requirit in abbatissa q̄z in abbate. c. indēnitatib⁹. de elec. li. vj. iūcto. c. cū in cūctis. eo. ti. Ratio tamē in hoc potest esse. quia mulier auariozē vi ro. ar. l. sed si ego. in fi. ff. ad vell'. vbi dicitur Senatus em̄ obligate mulieri succurrere voluit nō donante. hoc ideo q̄ facili⁹ se mulier obligat alicui q̄z donat. z iō gubernatō patrimonij tuti⁹ sibi pōt cōmitti. de hoc per cardinalē in. c. indēnitatib⁹. pal. In secūdo casu ratio est fragilitas sexus. z q̄a in spiritualib⁹ gubernādis nō est mulier ita capax z habilis sicut vir. Et minoz etas requirit in muliere in eligēdo. vl̄ eligente q̄z in viro vt in. c. indēnitatib⁹. pal. z i cle. vt hñ. ó eta. teri q̄z vir. Ratio q̄ in vtroq̄ casu pfessus eligit. z mulier citius pfiteri pōt. q̄ citi⁹ puberes est et capax doli. ideo citi⁹ etiam potest se obligare.

Uenire diem debiti est posse pecuniam petere.

Uenire. i. vendi. vt in. l. fulcini⁹. §. si in diez. z. §. mlt̄is eiusdē legis. z. l. p̄ce. ff. q̄. ex cau. i poss. ea. cū si. Est em̄ verbū neutropassiuū sub voce neutrali significās passionē. Ulñ Exulo tē. Et differūt venire a veneo. z venire a venio. Unó. Si vis venire cras mane debes venire.

Uenter. Require supra. Mittere in possessionē nomie ventris. Et nota q̄ ventris inglunies ad luxuriā facile puocat. et oē bonū opus dissoluit. vnde venter z genitalia sibimetipsis vicina sunt. vt ex vicinitate mē brozū ꝓfederatio intelligat vicioz⁹. z. liij. dist. §. Nō em̄ plus q̄z necesse est debemus corpi seruire. sed solam eius infirmitatē reficere vt ipsum ad vsum exercēde virtutis habeamus. vt. c. cōuiuia. ea. dist. vñ Seneca. Nō viuo vt comedā. sed comedo vt viuam. Et ideo Bar. comedebat ad pōd⁹ vt haberet intellectū pariter dispositū et nunq̄z alteratū. Sic z nos moderate comedamus nō nimia cibozū egestate. vt in. c. non mediocriter. z. c. nō dico. cum si. de cōsecr. distin. v.

Uerbū in larga significatione ponit in iure ꝓ qualibet parte oratōis. a verberādo dictū. eo q̄ aerē verberat. vt dicendo in glos. sup ꝑbo institutio. sup verbo velocit̄ z sup verbo infra tē. Non ergo capit hic verbuz sicut in Johāne. c. j. In principio erat verbum. z sicut in Donato. Uerbū est parsorationis. prout est distincta ab alīs partibus oratōnis. sed significat dictionē cuiuscūq̄z ptisorationis. Ad hoc aūt sunt verba z eorum significata imposita vt p̄ ea significet mens vl̄ volūtas interior ipsi⁹ verbū pferētis. Ne dū aūt verbis significat mēs hominis. sz etiā factz. signis. z ꝓiecturz. licz inter modos significādi ꝑba obtineant ꝓncipatū. eo q̄ clari⁹ z euidēti⁹ significāt. vñ volūtas seu mēs pferētis dat significatū ꝑbo q̄z sine mēte ꝑbū nihil significat. vt i furioso q̄z ꝑbū ab eo platū nō hz mētē. nec volūtatē. vt in. l. furiosus. ff. de re iudi. Et vsus cōis imponit significatū ꝑbo. patet p. l. labeo. ff. de suppel. lega. q̄ dicit. Uerba accipienda sunt ex vsu cōi. Et dicit ibi bar. q̄ vsus cōis est triplex. s. loq̄ndi. intelligēdi. z vtēdi Ulñ cōis vsus loq̄ndi est q̄ equ⁹ certe q̄litatis vocet calofred⁹. Scdo in dictiōe bene singularis nūeri significat plis nūer⁹. de vsu intelligēdi. vt. l. i vsu. ff. ó ꝑ. sig. Et i

vsu loquẽdi. ineſt vſus intelligẽdi. Tertio de vſu vtendi ponit exemplũ de põderibꝫ mẽſuris. vt in. l. excepto. cũ ibi alle. C. de loca. ⁊ ꝺduc. De hoc vocabulo ꝑbũ vi5 plura in vocabulario cuiuſdã doc. legũ aureliẽ. ꝑm dñm Jo. de matiſco. ⁊ incipit. Verbũ hic nõ recipiť. Ex q̃ opuſcꝯ plures additiones excerpſi. q̃s bis expoſitõibꝫ termi noꝫ inſerui. Jtẽ verba ſunt accipienda cũ effectu. vt. c. relatum. de cle. non reſi. de pe. diſt. ꝓ. hec aũt. c. vlti. de ſpon. ⁊. l. j. §. hec aũt verba. ff. cꝯ q̃ſcꝫ iuris. Et debent ꝑba deſeruire intentioni. nõ aũt intentio verbis. cuꝫ ꝓ verba exꝑmať intentio. xxij. q. v. humane aures. ⁊. j. q. j. marchio. c. intelligentia. ꝺ ꝑbo. ſig. cum ſi. Etiã verba ſunt referẽda ad cõem intelligentiã. vt in. c. ex literꝭ. ꝺ ſpon. ⁊. l. nõ aliter. ff. ꝺ lega. iij. Et ꝑba generalia ſunt generaľr intelligenda. vt in. l. j. §. generaliť. ff. de le. ꝑſtã. ⁊. c. quoniã. de ꝓiu. lepro. ⁊. c. maiores. ꝑſi. ad id autẽ. i fi. de bap. nec ꝑbis eſt vtẽdũ. l. vt ꝑboꝫ. C. q̃ admi. ad bo. poſ. vbi ꝺr. Et verboꝫ inaniũ excludamuſ captiões ⁊c. Verba etiã cõmendatoria nõ obligãt. vt. l. ſi idem filiuſ fa. §. ſi adoleſcẽs. in fi. C. cꝯ cũ eo facit. c. cũ veniſſent. de inſti. ibi nõ ſolũ de illo. ſed de oĩbꝫ redditibꝫ facere qꝺ placet. Sũt eñ verba dubia cõtra ſtipulatorẽ interꝓtanda. vt. l. ſtipulatio iſta §. in ſtipulatiõibꝫ. ff. de ꝟ. obli. ⁊. l. q̃ cq̃d. eo. ti. vbi diciť Qꝺ non eſt expreſſum cenſetur obmiſſum

Verboꝫ forma eſt ꝓſiderãda. nec ab ea recedendũ ſine certa cauſa. vt. c. ex literꝭ. ꝺ ſpõ. ⁊. c. ad audientiã. de ꝑbo. ſigni. In vltimis aũt volũtatibꝫ verbũ indifferens. vt cũ habuerit preteritũ vľ futuꝫ. trahi debet ad futurũ. qr vltima volũtas ſemꝑ de futuris ẽ. alꝭs a ꝓprietate verboꝫ nõ eſt recedendũ niſi conſtet loquentẽ aliud voluiſſe. vľ etiam niſi res aliter ſalua eſſe nõ poſſit. Et ſic im proꝓrietates nõ ſunt ad ꝓſeq̃ntiam trahende. ſed excuſande ꝑm Bern. in. ca. preterea. ꝺ verbo. ſig. Etiam diciť. l. j. §. ſi is q̃ nauẽ. ff. de exer. ac. cꝯ verba ſunt intelligẽda in ꝓ ꝓrio ſignificato. licet poſſint iꝓꝓriari vt cõueniãt materie ſubiecte. ff. lo. l. fi. ij. rñſo.

Verbis ꝺr obligatio ꝓtrahi. vt cõditio certi. vt ſupra de L.

Verna eſt ſeruus ex ancilla in domo natus Jnde diciť vernaculus. ⁊ eſt paruꝰ ſeruus diminutiuũ. de leg. iij. l. ſeruis. §. f. ff. ꝺ rei vendi. l. cum ſuper.

Vero qñcꝫ ſtat inceptiue qñ nõ ꝓcedit materia cui iungat ſequentẽ. vt de elec. ſup eo vero. Qñcꝫ aduerſatiue. de ꝺ in auc. de re. ⁊ falc. in ꝓn ci. coll. j.

Veſtes ꝺicunť ſpine que vi prendũt ⁊ lacerãt carnes ⁊ veſtes ꝑm Jo. an. in cle. ꝺudũ de ſepul.

Veſanus ꝺr q̃ ſine ſanitate ẽ. ſic̃ vecors ſine corde. vt. ff. de ꝟ. ſig. l. male.

Veſtiarij ſunt qui veſtiũ exercent negociationem.

Veſtibulũ ꝑm Azo. ẽ locus ante oſtiũ vtriuſcꝫ domꝰ. vľ primus aditus. ſeu introiť. vel porticus ⁊ẽ. ⁊ tectꝰ erat quo vt veſtimẽto tegiť homo. vľ ꝺr ab aue. i. ſalutatiõe q̃ fiebat ibidem ſtantibꝫ.

Veſtimentũ ꝺr oẽ illud qꝺ induimꝰ.

Veſtimenta interpolata. ꝺicunť veteres veſtes iterũ polite.

